# Glossae Aristaeneteae.

Scripsit

Hermannus Soergel.

Dissertatio inauguralis Erlangensis.

Norimbergae.
Ex officina Stichi typographi
1893.

# Glossae Aristaeneteae.

Scripsit

Hermannus Soergel.

Dissertatio inauguralis Erlangensis.

Norimbergae.
Ex officina Stichi typographi
1893.

# Glossae Aristaeneteae.

Scripsit

Hermannus Soergel.


Dissertatio inauguralis Erlangensis.



Norimbergae.

Ex officina Stichi typographi.

1893.




# Index

## eorum, quibus usus sum, librorum.


1) Cod. Vindob. Ms. Phil. Gr. Nr. 310, saec. XII (Aristaeneti epistolas amatorias continens).

2) W. Wattenbach, Anleitung zur griechischen Palaeographie. 2. Aufl. Leipzig 1877.

3) E. Hofmann apud C. Dilthey, De Callimachi Cydippe. Lips. 1863.

4) Hercher, „Aus griechischen Handschriften" in Hermae t. V, p. 281—283.

5) *Ἀριστανέτου ἐπιστολαὶ ἐρωτικαί* ... E Bibliotheca ... Joan. Sambuci. Antverpiae. Ex officina Christophori Plantini 1566.

6) Aristaeneti epistolae graecae. Cum Latina interpretatione et notis. Altera editio ... Parisiis 1600. [Edidit Josias Mercerus.]

7) Idem liber. Tertia editio ... Parisiis 1610.

8) Idem liber. Quarta editio ... Parisiis 1639.

9) Aristaeneti epistolae graecae .. curante Joan. Cornelio de Pauw ... Traiecti ad Rhenum. 1737.

10) Virorum aliquot eruditorum in Aristaeneti epistolas coniecturae communicatae cum editore novissimo (Abreschio), qui suas notas adiecit. Accedunt Claudii Salmasii et Th. Munkeri notae in Aristaenetum. Amstelaedami 1752.

11) Specimen editionis novae epistolarum Aristaeneti ... Cura Frid. Jac. Bast. Vindobonae 1796.

12) Frider. Jac. Bastii ... epistola critica ad virum clarissimum Joann. Franciscum Boissonade super Antonino Liberali, Parthenio et Aristaeneto ... E lingua Gallica in Latinam versa a Carolo Alberto Wiedeburg. Lipsiae 1809.

13) Aristaeneti epistolae. Ad fidem cod. Vindob. recensuit ... notis instruxit Joann. Francisc. Boissonade. Lutetiae 1822.

14) Epistolographi graeci, rec. recogn. adnotatione critica et indicibus instruxit Rudolphus Hercher ... Parisiis 1873.

15) Lettere di Aristeneto tradotte da un Accademico Fiorentino. Roma 1889.

16) Chr. G. Jöcher, Allgemeines Gelehrten-Lexicon ... Leipzig 1750 ss. Editio maior.

17) Urlichs, Grundlegung und Geschichte der klassischen Altertumswissenschaft. [= Iwan v. Müller, Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft ..., t. I[1], 1891.]

18) Gulielmi Canteri Ultraiectini novarum lectionum libri octo. Editio tertia ... Antwerpiae. Ex officina Christophori Plantini 1571.

19) Eiusdem de ratione emendandi Graecos auctores syntagma recens auctum. Antverpiae. Ex officina Christophori Plantini 1571.

20) Aristotelis Stagiritae Pepli fragmentum ... per Gulielmum Canterum ... Editio secunda. Antverpiae ex officina Christophori Plantini 1571.

21) Elogia illustrium Belgii scriptorum ... Ex bibliotheca Auberti Miraei. Antverpiae 1602.

22) Claudii Salmasii ... epistolarum liber primus. Accedunt de laudibus et vita eiusdem Prolegomena. Accurante Antonio Clementio. Lugduni Batavorum 1656.

23) Apollonii Sophistae Lexicon graecum Iliadis et Odysseae. Ex editione Parisiensi repetiit ... Herm. Tollius. Lugduni Batavorum 1788.

24) Moeridis Atticistae Lexicon Atticum ... restituit Jo. Piersonus ... Ed. nova. Lipsiae 1831.

25) Harpocrationis Lexicon ... [ed. Dindorf]. 2 voll. Lipsiae 1824.

26) Julii Pollucis Onomasticon ex recensione Immanuelis Bekkeri. Berolini 1846.

27) *Τιμαίου Σοφιστοῦ ἐκ τῶν τοῦ Πλάτωνος λέξεων.* In: „Platonis Dialogi ... ex recogn. C. F. Hermanni." Vol. VI, p. 397—408. Lipsiae 1884.

28) Stephanus Byzantius, c. annotationibus L. Holstenii ... ed. G. Dindorf. 4 voll. Lipsiae 1825.

29) Hesychii Alexandrini Lexicon ... rec. Mauricius Schmidt. 5 voll. Jenae 1858—1862.

30) Hesychii Alexandrini Lexicon. Ed. min. curavit M. Schmidt. Editio altera. Jenae 1867.

31) Photii Patriarchae Lexicon. Rec. ... S. A. Naber. 2 voll. Leidae 1864—1865.

32) Etymologicum Magnum ... nunc recens adauctum opera Friderici Sylburgii. Ed. nova. Lipsiae 1816.

33) Etymologicum Magnum ... Ad codd. mss. recensuit ... Thomas Gaisford ... Oxonii 1848.

34) Suidae Lexicon ... recens. Godofr. Bernhardy. 2 tomi. Halis et Brunsvigae. 1853.
35) Henricus Stephanus, Thesaurus Graecae linguae ... tertio ediderunt C. B. Hase, G. R. de Sinner, Theob. Fix. Vol. I, a et b; II—VIII. Parisiis 1831—1865.
36) C. Jacobitz und E. Seiler, Griechisch-deutsches Wörterbuch. Leipzig 1850.
37) W. Pape, Griechisch-deutsches Handwörterbuch. 3. Auflage, bearbeitet von M. Sengebusch. 2 Bb. Braunschweig 1888.
38) W. v. Christ, Geschichte der griechischen Litteratur bis auf die Zeit Justinians. 2. Aufl. München 1890. [= Iwan v. Müller, Handbuch ..., t. VII.]
39) K. Krumbacher, Geschichte der byzantinischen Litteratur ... München 1891. [= Iw. v. Müller, Handbuch ..., t. IX, sectio 1.]
40) Fr. Susemihl, Geschichte der griechischen Litteratur in der Alexandrinerzeit. 2 voll. Leipzig 1891—1892.
41) E. Rohde, Der griechische Roman und seine Vorläufer. Leipzig 1876.
42) G. Autenrieth, Griechische Lexicographie. 2. Aufl. München 1890. [= Iw. v. Müller, Handbuch ..., t. II, p. 587—607.]
43) R. Reitzenstein, „Die Überarbeitung des Lexicons des Hesychios“, in Mus. Rhen. 43 (1888), p. 443—460.
44) R. Kühner, Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache. I³. Neu bearbeitet von F. Blass. Hannover 1891.
45) Gg. Curtius, Grundzüge der griechischen Etymologie. 4. Aufl. Leipzig 1873 und 5. Aufl. Leipzig 1879.
46) A. C. Vaniček, Griechisch-lateinisches etymologisches Wörterbuch. 2 voll. Leipzig 1877.
47) Benj. Ide Wheeler, Analogy and the Scope of its Application in Language. [Utica, U. S. A.] 1887.

---

Nuperrime Aristaeneti codicem Vindobonensem (Cod. Ms. Phil. Gr. N. cccx, saec. XII) perlustrabam, si quid possem indagare, quod fugisset oculos Hercheri, qui novissimus ante hos viginti fere annos hunc librum contulit. Sed — vae mihi! macte ille diligentia, ingenio, virtute! — suo iure scripserat vir sagacissimus[1]) „accuratam codicis collationem ipsum instituisse, ut iam de eius lectionibus firma fixaque prostent". Nam si perpauca levioris momenti suppleveris, hac quidem ex parte Aristaenetus erit perfectus atque absolutus. Verum ne omnino ego operam perdidissem, imitari animum induxi huius aetatis viros quosdam doctissimos, quod ipse homo prorsus est perquisitus et quasi percussus atque dissectus, alia disceptantes illius, quid edisset, bibisset, qua veste esset indutus. Atque quod ipse codicis Aristaenetus pecude erat mutior, alios appellabam, qui in vestibulo quasi patroni sui et in margine et intra lineas aliorum venditabant sapientiam.

Ubique enim locorum in codice nostro summa est notarum abundantia. De hac re vide Bastium in „Specimine editionis novae epistolarum Aristaeneti" p. 7 recte dicentem: „Toto in Codice permultae insunt glossae, singulas voces et proverbia explicantes, magna ex parte rectissimae et utilissimae, item adnotationes correctoris, qui pravam Codicis scripturam emendavit et varias lectiones ex alio libro adiecit". Quarum adnotationum pars maxima adhuc est ignota. Sambucus enim, qui primus scriptoris nostri editionem adornavit e codice, quem „non sibi soli aut tineis aut ut per cancellos tantum spectaretur, moleste satis ac

sumptuose comparaverat" (Praef. p. 4), glossarum omnino non facit mentionem, textum quovis modo enucleare contentus. Atque quae Bastius, qui „ad ultimum usque vitae diem, per annos quindecim Aristaenetum nunquam fere e manibus deposuit" (Boissonadius in praef. edit. suae p. VIII), totus in illo, ex libro Vindobonensi enotavit, adhuc latent inter libros Academiae Oxoniensis (Boiss. l. l.). Ea autem, quae Boissonadius ex chartis eius excerpsit (Boiss. l. l.), perpaucas exhibent earum, quae insunt in codice, adnotationum easque haud raro minus recte restitutas. Atque Hercherus quidem, quippe qui criticum tantum contexeret apparatum, et ipse glossas silentio praeteriit.

Spero igitur, si nunc conabor, quae glossatores illi et docti et indocti adscripserunt, in lucem proferre, non fore omnino iniucundum aut inutile.

Glossarum igitur pars maxima exstat in margine, dextro sinistro, inferiore superiore, aliquot etiam intra lineas. Omnes autem lectu sunt perdifficiles, quippe quae omnes fere scribendi compendiis sint oxaratae, atramento plurimae scriptae pallidissimo, non paucae margine praeciso mutilatae. Profectae sunt illae quidem e manibus diversis. De quibus id tantum pro certo dici potest adnotationum graecarum partem magnam easque optimas ex eodem manasse calamo. Inter ceteros autem glossatores graecos unus est praeter omnes laudandus, homo Latinus, qui ad similitudinem nostrae aetatis litterarum ductu non obliquo, sed recto usus nonnullis locis etiam varietatem lectionis apposuit. Hunc latinae fuisse linguae ex hisce eius intellegitur notulis. P. 13, 8 (Boiss.) ad *μηλέαι* adscriptum est manu eius: < nos (sic!) *μη* ... >; 149, 8 ad *κατάσκοπος*: < explorator >. Item ex eo, quod vocibus *καγχαλᾶς* et *χαίρεις*, glossis ad verbum *καγχάζεις* (146, 16) ab alio adscriptis, noster apposuit *κομπάζεις*, sequitur non esse ipsum primum codicis glossatorem. Ultimus mea quidem sententia post ceteros omnes librum nostrum versavit alter homo Latinus[2]), rudior ille

et indoctior. Hic inde a folio $17^b$, ubi librarius prior[3]) codicis, compendiosior ille, quam ut ab homine indocto legeretur, scribendi opus tradidit alteri pulcherrima ornato manu, marginem hic et illic suo maculavit calamo, modo lemmata adscribens epistolarum initio prorsus inania, modo latine vertens proverbia, nunc nomina tantum extrahens ex epistolarum contextu, quae vi sua partem quandam narrationis complecterentur atque indicarent, nunc repetens in margine lectiones, quas parum intellexerat. Minori huic et adiumento et religioni fuisse glossas graecas ex eo apparet, quod (p. 181, 6) notulam graecam explicantem verbum <*μυωπισθεὶς*> suam superscribendo interpretationem prope delevit.

Saeculum autem, quo glossarum maxima pars adscripta est, mihi videtur litterarum ductus atque compendia conferenti cum textu ipso idem esse duodecimum.

Atque cum tria sint in universum aestimanti Aristaeneti glossarum genera, unum, quo lectionis varietas proponatur, alterum, quo sensus enuntiatorum quorundam ostendatur indicando structuram grammaticam, tertium, quo formae difficiliores et voces obscuriores explicentur, genera priora omittemus omnino, quippe iam nota ex aliorum adnotationibus, tertii autem generis exempla iam pluribus pertractabimus, ita quidem, ut inprimis id studeamus investigare, ex quo singula sint profecta fonte.

1) Ad *εὖ* (p. 2, 1 Boiss.).

Glossa: < *καλῶς* >.

Hes. (II, 216); EM. (388, 14); Suid. s. v.

2) *κάλλιστα*†[1]) (2, 2).

Gl.: < *ἀ.. καλλίστως* >.

3) *Χαρίτων*† (2, 3).

Gl.: < *Πειθὼ καὶ Ἀγλαΐα καὶ Εὐφροσύνη* >.

Suid. s. v. *Χάριτας* s. f.

Cf. etiam gl. 10 et 21!

4) *Ἔρως* (2, 3 s.).

Gl.: < *ὁ τῆς Ἀφροδίτης υἱός* >.

5) εὔκλεια* (2, 6).

Gl.: < εὐδοξία > ?
Hes. s. v. (II, 224).

6) ἵνα (2, 8).

Gl.: < ὅπως >.
Hes. (II, 359); EM. (471, 6); cf. etiam Apollon. Lex. s. v. (p. 363 Toll.).

7) ἐπιμίξ* (2, 9).

Gl.: < ἀναμεμιγμένως >.
Hes. s. v. (II, 161).

8) ἠρέμα* (2, 11).

Epp. 1, 1: < χείλη δὲ λεπτὰ καὶ ἠρέμα διῃρημένα[5]), .. >.
Gl.: < ἡσύχως > an < ἡσυχῇ > incertum.
Phot. (I, 267 Nab.): < ἀτρέμα, πρᾴως, ἡσυχῇ ... >.
Ceteri exhibent ἡσύχως: Hes. (II, 287); EM. (436, 47); Suid. s. v.

9) εὐδοκιμεῖ (5, 6).

Gl.: < πρέπει >.
Hes. cod. (II, 219): < εὐδοκία· παρὰ τὸ καλῶς καὶ εὖ δεδόχθαι προσαγορεύεται. Εὐδοκιμεῖ· εὖδον· [ἔλεγον]. ἐκοιμῶντο .. >. Quae verba quomodo disiungenda essent, indagavit Albertus. Nempe a voce < Εὐδοκιμεῖ > altera incipit glossa atque inde ab < εὖδον > tertia, ita ut inter haec duo lemmata statuatur lacuna. Haec haud scio an ex nostro libro expleri, ut fiat:

Εὐδοκία: παρὰ τὸ ... προσαγορεύεται
Εὐδοκιμεῖ: πρέπει*
Εὖδον: etc.

10) Χάριτας* (5, 7).

Gl.: < πειθώ, ἀγλαΐαν καὶ εὐφροσύνην >.
Cf. gloss. 3. et 21.!

11) ἐνουλιομένη* (5, 8).

Gl.: < μελανιομένη > (sic!) (leg.: μεμελανιομένη).

Hoc verbum praeter Nostrum unus usurpavit Alciphr. (Frag. V ap. Herch. in Ep. Gr.) in fragmento epistolae, ex qua sumpta esse, quae hic apud Aristaenetum legimus, docuit Abreschius (v. Boiss. ad h. l.). Ibi autem legitur: < τρίχες ἐνουλισμέναι φύσει, ξανθίζουσαι δὲ ἀφαρμάκευτα ... >; falso igitur glossator noster < [με] μελανισμένη >. Etenim est profectum hoc verbum a radice „val" [6]) (cf. vellus, Wolle!), ita ut significet „οὔλην crispam reddere comam, < lanae propiorem quam pilo >". Recte igitur Merc. [2]: „nativa crispitudine" et, qui eum sequitur interpres Italicus: „la chioma... naturalmente increspata". Cf. etiam Hes. s. v. οὔλη λευκή (III, 238) et Suid. s. v. οὐλός.

12) ὑακινθίνῳ† (5, 8).

Epp. 1, 1: < Ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἐνουλισμένη ὑακινθίνῳ [7]) ἄνθει, καθ' Ὅμηρον, ἐμφερής, ... >.

Gl.: < ἐπιπορφυρίζοντι [8]) (non πορφυρίζοντι, ut legit Bastius ap. Boiss.) μελανίζοντι >.

Hes. s. v. ὑακίνθινον (IV, 190): < ὑπομελανίζον, πορφυρίζον > itemque Cyrillus 39, Phot. (II, 346 Nab.), Suid. Cyrillus autem Leydensis (63), ut Aristaeneti glossator: < μελανίζον, ὑποπορφυρίζον >.

13) ἐμφερής† (5, 9).

Gl.: < ὁμοῖα > (sic!).

Hes. s. v. ἐμφερές (II, 83) et s. v. ἐμφερής; Suid. s. v. ἐμφερεῖς.

14) τημελοῦσι† (5, 9 s.).

Gl.: < ἐπιμελοῦσι (non ἐπισκοποῦσι, ut est ap. Boiss.), φιλοκαλοῦσι (non κλοκαλοῦσι) >.

Hes. s. v. τημελῆσαι (IV, 153); Phot. s. v. τημελῆσαι (2, 212 Nab.) et s. v. τημελούμενον, Suid. s. v. τημελῆσαι. Cf. etiam Lex. Seg., ubi item genus activum ἐπιμελῆσαι; Schol. autem Plat. p. 459: < τημελεῖν ἐπιμελεῖσθαι >. Illud genus activum invenitur etiam in nummo imperatorio Antiochiae ad Maeandrum ap. Pellerinum, Mélanges 2, 354: < *ΤΙ. ΚΛ. ΑΓΛΑΟΥ ΕΠΙΜΕΛΗΣΑΝΤΟΣ ΑΝΤΙΟΧΕ.* >. —

15) ἁβρότητα (5, 11).

Gl.: < λαμπρότητα, τρυφερότητα >.

Hes. s. v. ἁβρότητι (I, 10); EM. s. v. ἁβρότης (4, 51); Suid. s. v. ἁβρότητι; Zonar. p. 8. s. v. ἁβρότης (sic!) (Ubi vide lectionem cod. D cougruentem cum Hes. et Suida).

16) λυγίζεσθαι (6, 6).

Epp. 1, 1: < Οὕτω μέντοι σύμμετρα καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη, ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιπτυσσομένῳ δοκεῖν. > „Adeo autem sunt concinna et delicata Laidis membra, ut, si quis amplexetur eam, tamquam humida eius ossa cedere videantur ulnis prementibus."

Gl.: < περικάμπτεσθαι. >.

Hes. s. v. λυγιζόμενον (III, 52); Phot. s. v. λυγιζόμενος (I, 395 Nab.), quae explicatio repetitur a Suida s. v. λυγιζόμενος.

17) πεφιλοτίμηται (6, 21).

Gl.: < μεγαλοδεδώρηται >.

Phot. (II, 264 Nab.), EM. (794, 51), Suid. s. v. φιλοτίμως. (Suid. laudat etiam locum Greg. Naz.).

18) ἀποτροπιάζουσιν* (6, 23).

Epp. 1, 1: < ἣν (sc. τὴν Λαΐδα) οἱ προςβλέποντες[9]) ἀποτροπιάζουσιν >.

Gl.: < ἐξίστανται τροπίας οἱ (sic! leg. οἶνος) ὁ τετραμμένος καὶ ἐξεστηκώς >.

Phot. s. v. τροπίας οἶνος (II, p. 228 Nab.); EM. s. v. τροπίας οἶνος (769, 6), Suid. s. v. τροπίας οἶνος (qui integra exhibet Photi verba).

19) προτεραίᾳ (9, 12).

Gl.: < ἤγουν τῇ παρελθούσῃ >.

20) στενωπόν (9, 13).

Gl.: < ῥύμην >.

Hes. s. v. στενωπῷ (IV, 75).

21) Χαρίτων* (9, 15).

Epp. 1, 2: < δύο κόραι . . . μόνῳ[10]) γε τῷ ἀριθμῷ λειπόμεναι τῶν Χαρίτων >.

Gl.: < τρεῖς δὲ αἱ χάριτες πειθὼ, ἀγλαΐα καὶ εὐφροσύνη >.
Cf. gloss. 3. et 10.!

22) μείρακες (9, 15).

Gl.: < αἱ νεώτεραι >.
Hes. s. v. (III, 83).

23) ἁμιλλώμεναι (9, 15 s.).

Gl.: < φιλονεικοῦσαι >.
Hes s. v. ἁμιλλᾶσθαι (sic!) (1, 147) et s. v. ἁμιλλώμεθα.

24) ἦθος (9, 16).

Gl.: < τρόπον >.
Hes. (II, 270), EM. (422, 28) s. v.

25) πρός* (9, 19).

Epp. 1, 2: < πρὸς τοῖς ὠσὶ καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπέπληκας ἑκατέρας[1]) ἀμφοτέρων ἡμῶν ... >.
Gl.: < σύν >.
Cf. gl. 103!

26) ζηλοτυποῦμεν* (10, 3).

Gl.: < ἀαελγῶς ὑπονοοῦμεν >.
Suid. s. v. ζηλοτυπία: < ζῆλος ἐξ ὑπονοίας, τοῦ ἀνδρὸς κατὰ τῆς οἰκείας γυναικὸς εἰς ἕτερον ἀσελγῆ ὑπόνοια >. Vocem ἀσελγῆ, falso coniunctam cum ἕτερον, mutandam esse in ἀσελγείας iam ipse conieceram, cum inveni Naberum ad Photi explicationem (I, 247) et ipsum proposuisse ἀσελγείας. Eadem forma est restituenda in Cyrilli cod. Leyd. (63) pro ἀσελγεῖς et Aristaeneti glossa, cum verbo ὑπονοεῖν subiungatur casus accusativus, mutanda videtur in < ἀσέλγειαν ὑπονοοῦμεν >.

27) πλήν* (10, 6).

Gl.: < ὅμως >.
Hes. (III, 345), EM. (676, 42) s. v.

28) ζυγομαχίας* (10, 7 s.).

Gl.: < ἡ τῶν β̄ (= δύο?) πρὸς ἀλλήλους μάχη ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν βοῶν τῶν ἐν τῷ ζυγῷ μαχομένων >.
Phot. s. v. ζυγομαχεῖ (I, 248 Nab.), EM. s. v. ζυγομαχεῖν (412, 15), Suid. s. v. ζυγομαχεῖ, Zonar. p. 963.

29) *θάλαμον** (10, 20).

Gl.: < *κοιτῶνα* >?.

Phot. (II, 284 Nab.), EM. (441, 21) s. v. *θάλαμος*, Suid. s. v. *θαλάμη*.

30) *αὐτοσχέδιον** (10, 20).

Gl.: < *εὐθὺς ῥηθὲν ἢ γενόμενον* >.

Hes. s. v. (I, 328); cf. M. Schmidtium in adnotatione: < Similiter C. 171 > (= Cyr. Vindob. 171).

31) *ἀμφιλαφής** (13, 3).

Gl.: < *δασύς, δαψιλής, μέγας* >.

Hes. s. v. *ἀμφιλαφές* (I, 162) et s. v. *ἀμφιλαφῆ*, EM. s. v. *ἀμφιλαφές* (91, 21); cf. Eust. ad Dionys. 460.

32) *μαλθακή** (13, 4).

Gl.: < *τρυφερά* >.

Hes. s. v. *μαλθακόν* (III, 68), ubi M. Schmidt. in adnotatione laudat C. 39.

33) *δαπέδων** (13, 6).

Epp. 1, 3: < *Ἐπὶ τοῦ πεδίου*[12]) *κατεκλίθημεν, οἷα*[13]) *τῶν πολυτελεστάτων δαπίδων*[14]) ... >.

Gl.: < *δάπεδον τὸ ἔδαφος τὸ μέγα καὶ πλατὺ πέδον* >.

EM. s. v. *δάπεδον* (248, 10).

34) *ὄχναι** (13, 8).

Epp. 1, 3: < *Ὄγχναι*[15]) *καὶ ῥοιαὶ* ... >.

Gl.: < *ἡ ἄπιος* >.

Apollon. Lex. s. v. *ὄγχναι* (488 s., Toll.), Hes. s. v. *ὄγχναι* (III, 177), Phot. s. v. *ὄγχναι* (II, 314 Nab.), EM. s. v. *ὄχνη* (645, 47), Suid. s. v. *ὄγχναι*, lex. Bachm. p. 312.

35) *μηλέαι** (13, 8).

Gl.: < nos *μη* ... >?.

36) *πάμφορα** (13, 11).

Gl.: < *εὔφορα* >.

37) *συνναιωρουμένων* (13, 18).

Gl.: < *συμφερομένων* >.

38) *δργῶσιν** (14, 1).

Gl.: <*ἀπὸ τοῦ ὀρέγω [γίνεται]*[16]) *κατὰ [συγκοπήν]*>.
EM. s. v. *δργῶντας* (629, 49).

39) *περκάζουσιν* (14, 1).

Gl.: <*πεπαίνουσι*>.
Phot. (II, 327), Suid. s. v. *περκάζει*.

40) *πεπανθέντας** (14, 3).

Gl.: a) intra lineas: <*ὡριμασθέντας*> et b) in margine: <*πεπαίνω τὸ ὡρι[μάζω]*>.

Cf. schol. recentiorem ap. Hom. (Od. *η*, 126), qui *ὑποπερκάζουσι* explicat verbis *ὡριμάζουσι, μελανίζουσι*, et Ephraem. p. 585 C et Zachariae papae interpretationem graecam vitae S. Benedicti, a S. Gregorio Magno latine conscriptae, 1, 9.

41) *ἀνερριχᾶτο* (14, 3).

Gl.: <*ἀνελαμβάνετο ἐπὶ τὸ δένδρον τοῖς ποσὶ ἢ ταῖς χερσὶ*> et in margine*: <*ἀναρριχάω ἀναρριχῶ ἀνηρρίχαον ἀνηρρίχων σημαίνει τὸ ἀναδίδοσθαι τὸ ὕδωρ καὶ οἱονεὶ τρόπον ἀράχνης τοῖς ποσὶ καὶ ταῖς χερσί*> cetera desunt; supplendum autem ex EM.: *[ἀντιλαμβανόμενον ἀνιέναι πρὸς τὸ πρόσαντες]*.
EM. s. v. *ἀναρριχᾶσθαι* (99, 44), ubi lectio cod. Va proxime accedit ad glossam nostram.

42) *παραμυθουμένη** (14, 24).

Epp. 1, 3: <*εὐκραῶς*[17]) *δὲ καὶ ἡ τοῦ ζεφύρου πνοή, τὸ χαλεπὸν*[18]) *παραμυθουμένη*[19]) *τῆς ὥρας καὶ*[20]) *λεπτὸν ἅμα καὶ ὑπνηλὸν ἐνηχοῦσα καὶ τῆς εὐωδίας πολὺ συνεπαγομένη τῶν δένδρων, τοῖς μύροις ἀντέπνει τῆς γλυκυτάτης·*>
Gl : <*εἰκονίζουσα*>. Hoc quid sibi velit, equidem non perspicio. Nam et *παραμυθεῖσθαι* non potest explicari illo verbo et — quid est: „*ἡ πνοὴ ... εἰκονίζει τὸ λεπτὸν τῆς ὥρας*“? An aura „iucunde temperata“ (Merc.) effingit, quasi effigies est iucunde temperati anni temporis? — Abstrusius hoc sit dictum.

43) ὀχετηγοῦ (17, 18).

Epp. I, 3: <τοῦ[21]) γὰρ ὀχετηγοῦ κατὰ τάχος ἐπὶ πρασιάς τε καὶ δένδρα τῇ σμινύῃ[22]) καθηγουμένου τῳ ῥεύματι[23]). . . .>

Gl.: < ὑδραγωγοῦ >.

Hes. s. v. ὀχετηγός (III, 248).

44) πρασιάς † (17, 19).

Gl.: < πρασιά τετράγωνος ἐστὶν (sic! τετράγωνός ἐστιν Boiss.) ἐν (deest ap Boiss.) ᾗ φυτεύονται (φυτεύοντες Boiss.) κρόμυα σχῆμα τϊ (σχῆμά τι Boiss.) τετράγωνον ἐν τῇ γῇ (pro ἐν τῇ γῇ Boiss. κατῆγον) οἱονεὶ περασία τις οὖσα (deest ap. Boiss.) παρά τὸ (sic!) περατοῦσθαι κατὰ συγκοπήν >.

EM. s. v. πρασιαί (686, 47).

45) σμινύῃ † (17, 19).

Gl.: < ἀξίνη τὸ ἕτερον μέρος μακρὸν ἔχουσα (Verba τὸ ἕτερον non enucleavit Bastius ap. Boiss.).

Proxime accedit schol. ad Plat. Rem publ. 370 D.

46) φιάλας (17, 20).

Gl.: < μέγα ποτήριον >.

47) ὁλκὸν* (17, 21).

Gl.: < ἐπὶ τὸν ἀγωγὸν τοῦ ὕδατος >.

Phot. (II, 12 Nab.), EM. (622, 7 s), Suid. s. v. ὁλκός.

48) ὑφίει* (17, 21).

Epp. I, 3: <. . . ἐπὶ τὸν ὁλκὸν ἠφίει[24]) >.

Gl.: < ἔπεμψεν, ἐνέστειλεν[25]) >.

Abreschi coniectura ἠφίει pro ὑφίει hac glossa firmari videtur. Etenim cum nulla usquam in lexicis verbi ὑφιέναι forma explicetur verbis πέμπειν aut στέλλειν, legitur ap. Hes. (II, 295) s. v. ἠφίει: < ἔπεμπεν, ἀπέλυεν > et s. v. ἠφίεσαν: < ἔπεμπον εἴων > itemque ap. Suid. s. v. ἠφίεσαν: < ἔπεμψαν >.

49) θᾶττον* (17, 21).

Gl.: < ταχέως >.

Hes. s. v. θᾶττον (II, 302) et s. v. θᾶσσον (II, 301), EM. s. v. θάσσονος ἱρήκων (443, 13).

Cf. gloss. 79!

50) *χύδην** (17, 22).

Gl.: <*[κε] χυμένως*>.

Hes. s. v. (IV, 300), Suid. s. v.

51) *διακεκριμένας** (17, 23).

Gl.: < *κεχωρισμένας* >.

Hes. s. v. *διακεκριμέναι* (I, 488), Suid. s. v. *διακεκριμένως* (ubi Bernh. laudat Herodian. Epimer. p. 20, qui sicut glossa nostra exhibet verbum simplex).

52) *ὁλκάδων** (17, 24).

Epp. 1, 3: < *ἕκαστον δὲ τῶν ἐκπωμάτων δίκην ὁλκάδων*[26]) *ἐπιχαρίτως διεκπλεόντων*[27]) *ὀρθὸν*[28]) *τὸ* (nos: „sein") *Μηδικὸν*[29]) *ἐπεφέρετο φύλλον· καὶ ἦν ταῦτα ταῖς εὐπλοούσαις ἡμῶν φιάλαις ἱστία·*[30]) >

Gl.: < *πλοίων* >.

Hes. s. v. *ὁλκάδεσσι* (III, 197), Phot. s. v. *ὁλκάδες* (II, 12 Nab.), Suid. s. v. *ὁλκάς*.

53) *φῦλον* (17, 25).

Gl.: < *ἔθνος* >.

Hes. s. v. *φῦλον* (IV, 262), EM. s. v. *φύλα* (sic!), Suid. s. v. *φῦλα*.

54) *ὑπουργῶς* (18, 6).

Epp. 1, 3: < *ἡμεῖς δὲ ὑπουργικῶς*[31]) *ἀνασπῶντες ἑκάστην παραθέουσαν κύλικα* ... >.

Gl.: < *ὑπηρετικῶς* >.

Unus Hesych. (IV, 218) s. v. *ὑπουργεῖ* scribit *ὑπηρετεῖ*.

55) *κύλικα* (18, 7).

Gl.: < *ποτήριον* >.

Hes. (II, 450) et Phot. (I, 357 Nab.) et EM. (544, 35) s. v. *κύλιξ*.

56) *οἰνοχόος** (18, 8).

Gl.: < *ἐπικέρνη[ς]* >.

Hes. s. v. (III, 188): < *ὁ ἐπικέρνης* >. Quod substantivum est derivatum a verbo *ἐπικεράννυμι* (ionice *ἐπικίρνημι*) „admisceo" subestque, ut opinor, latino „pincernae", ita

ut huius vocis syllaba prima non sit referenda ad verbum *πίνω* (v. Georg. in lex. s. v.). Neque enim ullum puto substantivum posse fingi componenda duorum verborum ea forma, quae omnium temporis praesentis formarum est principium *(πιν + κιρνα)*. Profecta autem esse mihi videtur syllaba „pin" ex mutilata praepositione *ἐπὶ* (cf. ste, stud, sto etc. pro iste, istud, isto etc. ap. Plaut.) et littera „n" inserta ratione habita alterius vocis alicuius, cuius aut significatio aut forma aliquid pertineret ad „epicernam". [„Stoffliche" aut „formale Analogiebildung", cuius rei primam fieri mentionem apud H. Paulum (in „Paul und Braunes Beiträge", IV, 320—332 (1877) nos monet Benj. Ide Wheeler („Analogy and the Scope of its Application in Language", p. 45)].

57) *ἐθελγόμεθα* (18, 15).

Gl.: < *ἡδυνόμεθα* >.
Hes. s. v. *θελγόμεναι* (II, 304).

58) *γοργῶς** (21, 2).

Gl.: < *εὐκινήτως* >.
Hes. s. v. *γοργός*: < *εὐκίνητος, ταχύς*[32]), *σκληρός*.... > (ubi in adnotatione: „Sic Cyrillus").

59) *ἐπιβάλλουσαν* (21, 3).

Gl.: < *ἁρμόζουσαν* >.
In EM. s. v. *οὐδέτερον* (639, 53) reperitur: <... *ἐπιβάλλοντος (ἤγουν ἁρμόζοντος)* > et paulo post iterum: < *ἐπιβάλλει μὲν γὰρ (ἤτοι ἁρμόζει)* >. Et in fine huius explicationis dicitur: < *Οὕτως ὁ Χοιροβοσκὸς εἰς τὰ Προλεγόμενα τῶν Οὐδετέρων* >.

60) *εὐσχήμων* (21, 4).

Gl.: < *σεμνή* >.

61) *ἀστεῖον*† (21, 4).

Gl.: < *χαρίεν* > (non *χάριεν*, ut est ap Boiss.).
Vid. gl. 114 s. f.!

62) *πρόσχημα* (21, 7 s.).

Gl.: <*ἡ ὑπόκρισις*>.
Hes. s. v. (III, 393).
Cf. gloss. 136!

63) *ἁλουργές* (21, 8).

Gl.: <*πορφυροῦν*>.
Hes. s. v. *ἁλουργές* (I, 131).

64) *ἡμιφάριον* (21, 8).

Gl.: <*τὸ τοῦ ἱματίου ἥμισυ*>.
Phot. (I, 263 Nab.), Hes. (II, 280), Suid. s. v.

65) *προπετῶς** (21, 8 s.).

Gl.: <*ἀπρεπόντως*>.
Quae vox et minus congruit cum voce explicanda et nullo alio loco reperitur.

66) *ἥκιστα** (21, 10).

Epp. I, 4: <*οἶδα γὰρ ἥκιστα εἰς τὸ κινδυνεύειν ἀφιξόμενος*[33])>.
Gl.: <*ἐλάχιστα ἢ πλ?*>
Hes. s. v. *ἥκιστα* (II, 272).

67) *κατὰ κόρρης*† (21, 12).

Gl.: a) intra lineas: <†*κατὰ πρόσωπον* (non, ut est ap. Bo., *κατὰ πρωσόπου*> et b) in margine* <*[δ]ιότι κατὰ κόρρης λέγεται κατά? πρόσωπον*>? Quod haud scio an sit mutandum in: *διὰ τί κατὰ κόρρης; κτλ.*; „cur *κατὰ κόρρης*“ (sc. per casum gen.), cum dicatur *κατὰ πρόσωπον* per cas. accus.?

68) *ψελλίων*†[34]) (21, 18).

Gl.: <*ψελλίον κόσμος ἐπὶ τῶν ἄκρων τῶν βραχιόνων τιθέμενος*> (non, ut est ap. Boiss.: <*κόσμος τοῖς ἄκροις τῶν βραχιόνων ἐντιθέμενος*>).

69) *ἀπέφθου* (22, 23).

Gl.: <*κεκαθαρμένου**> et in marg.: <*ἑφθὸς* (sic!) *ὁ ἑψητός*>.
Cf. EM. s. v. *πανέφθου κασσιτέροιο* (635, 34).

70) *προαστείῳ*† (25, 6).

Gl.: <*ἔξω τοῦ ἄστεως*> (non *ἄστεος*, ut est ap. Boiss.).

71) *πανδημεί** (25, 6).

Gl.: < *σὺν παντὶ τῷ δήμῳ* >.

Hes. s. v. (III, 264).

72) *δημοθοινίας* (25, 7).

Gl.: < *δημίου εὐωχίας* >.

Hes. s. v. *δημοθοινία* (I, 481) (ubi Schmidt. laudat C. 39), EM. s. v. *δημοθοινία*[85]), Suid. s. v. *δημόθοινα* (Bern. in adnotatione: „... bis posuit Zonar. pp. 500, 502).

73) *οἶσθα* (25, 10).

Gl.: < *ἐπίστασαι* >.

74) *ὡς* (25, 10).

Gl.: < *ὅτι* >. (Id solum est referendum ad *ὡς*, non cetera, quae sunt ap. Boiss.)

Hes. (IV, 333), EM. (824, 13) s. v.

75) *δαιτυμόνων*† (25, 13).

Gl.: < *τῶν ἀρϊστΐτων* (sic, non, ut est ap. Boiss., *ἀριστώντων*) *φίλων* >.

Cyr. Vallicellianus s. v. *δαιτυμόνων* (v. Reitzenstein in Mus. Rhen. 43, p. 453), Hes. s. v. *δαιτυμόνες* (I, 455), EM. s. v. *δαίω* (250, 45), Suid. s. v. *ἑστιάτωρ* (cf. Phot. s. v. *ἑστιάτωρ* (I, 216 N.) et lex. Seg.)

76) *ἑστιάτωρ*† (25, 13).

Gl.: < *ὁ τὸν* (sic!) *ἄριστον ποιῶν* >.

Cf. EM. s. v. *ἑστία* (382, 40).

77) *εἰςῄει* (25, 13).

Gl.: < *εἰςέρχεται* >.

Hes. s. v.* *εἰςείεις* (l. *εἰσῄεις*), *εἰς. ἴτω, εἰς[ε]ίης, εἴσιθι* etc. (II, 34 s.) et Suid. s. v. *εἴσειμι, εἰσῄεις, εἴσιθι*.

78) *ὑπέδυ* (25, 16).

Gl.: < *ὑπεισῆλθεν* > (sic!).

Hes. s. v. *ὑπέδυ* (IV, 201), Phot. s. v. *ὑποδύς* (II, 246 N.), Suid. s. v. *ὑπέδυ*.

79) *θᾶττον* (25, 16).

Gl.: <*ταχύτερον*>.
Cf. gl. 49!

80) *ἀπέδρα* (25, 17).

Gl.: <*ἀπέφυγεν*>.
Hes. s. v. (I, 230), Cyr. Dresd., Zon. p. 279.

81) *ὄψων* (26, 5).

Epp. 1, 5: <*Ὅμως ἂν ταύτην λάθρᾳ*...[86]) *καὶ βραχέα τῶν ὄψων ἐπιδῷς*[87])...>.
Gl.: <*προσφαγίων*>.
Hes. (III, 250), Phot. (II, 321 N.), EM. (646, 14), Suid. s. v. *ὄψον*.

82) *ἀνέζευξεν** (26, 8).

Gl.: <*ὡδευσεν*>, l. *ὥδευσεν*.
Hes. s. v. *ἀνέζευγον* (I, 191); cf. Cyr. Leyd. et Cyr. Dresd.

83) *ἔφθη* (26, 8).

Gl.: <*ἔφθασεν*>.
Hes. s. v. *ἔφθης* (II, 242) (cf. Schol. ad Jl. II, 314), EM. s. v. *ἔφθη* (403, 34).

84) *βουκολήσωσι* (26, 11).

Gl.: <*ἐξαπατήσωσι*>.

Apud Hes. complures exstant verbi *βουκολεῖν* formae, sua quaeque explicita forma verbi *ἀπατᾶν*. V. Hes. s. v. *βουκολεῖσθαι* (I, 389): *χρησταῖς ἐλπίσι* [*ἀπατᾶσθαι*, quod accessit e Cyr 171 et Phavorino] etc. Cf. etiam EM. s. v. *Παφίη* (656, 44), Suid. s. v. *βουκολήσας* (ubi laudatur Zon. p. 403 [cf. C. Dresd. s. v. *βουκολήσας*]).

85) *κεκραγώς** (26, 12).

Gl.: <*βοῶν*>.
Hes. s. v. *κρᾶξαι* (2, 530), Phot. s. v. *κεκραγμόν* (I, 332 N.), Suid. s. v. *κεκραγμόν*.

86) *ὧδε** (26, 13).

Gl.: <*οὕτως*>.
Apoll. Lex. (p. 726 Toll.), Hes. (IV, 318), Phot. (II, 272, N.) et itidem Suid., EM. (820, 42) s. v.

87) εὐνῆν† (26, 14).

Gl.: <κοιτην> (sic!, non κοιτήν, ut Boiss.).

Hes. (II, 227), EM. (393, 50) s v. εὐνή, Suid. s. v. εὐνάς.

88) μεμηνώς* (26, 16).

Gl.: < βοῶν ἢ ὀργιζόμενος >.

Hes. s. v. μαίνεται (III, 64), EM. s. v. μένω (579, 35), Suid. s. v. μαίνεται.

89) ἐξέστην* (26, 25).

Gl.: < ἐμάνην >.

Suid. s. v. ἐξέστηκε. Cf. etiam Steph. in Thes. s. v. ἐξίστημι: < ἐξιστάμενος furibundus. Gl. >

90) ὠτακουστῶν† (29, 12).

Gl.: < τῶν περιέργως ἀκουόντων > (Sic, non ἀκουόντων, ut est ap. Boiss.).

Hes. s. v. ὠτακουστεῖ (IV, 333).

Formam ὠτακουστῶν non intellegendam puto genitivum pluralis, ut intellexit glossator, quem sequuntur Lambecius et Boissonadius, sed nominativum singularis, ita ut forma derivetur non ab nomine ὠτακουστής, sed a verbo ὠτακουστῶ. „Ne quis eorum“, inquit puella, „qui intus sunt, subauscultans auribus excipiat, quae sim dictura“.

91) ἀνίσχουσαν (34, 6).

Gl.: < ἀνατέλλουσαν ἀναδύουσαν >.

Hes. s. v. ἀνίσχουσαν (I, 205), Suid. s. v. ἀνίσχων (Ibique B et E; cf. etiam lex. Seg. p. 405).

92) βλοσυρά (34, 12).

Gl : a) intra lineas: < καταπληκτική >; b) in marg : < φοβερά >.

Hes. s. v. βλοσυρόν (I, 382) (ubi in adnotatione laudantur C. 171 et C. 39), EM. s. v. βλοσυρός (201, 6), Suid. s. v. βλοσυρός (ubi in adnotat.: „Auctiora Lex. Bachm. p. 180“).

93) ἄττα (38, 13).

Epp. 1, 9: < . . . εἶπεν ἄττα δήπου καὶ ἔπη[88]· >.

Gl.: < τινά >.

Harpocr., Hes. (I, 317), Suid. s. v.; cf. Cyr. 63 et 171!

94) λαύρας (41, 13).
Gl.: < τὰς πλατείας ῥύμας >.
EM. s. v. λαῦρα (557, 44).

95) διεφῆκε* (42, 4).
In folio $12^{b}$ cod. exstat abscisum fere cum margine extremo verbum αφηκ, ut videtur, glossa ad formam διεφῆκε.

96) Ἀρτεμίσιον† (42, 9).
Gl.: < ἀρτεμισιον (sic!) ... ἀρτεμισια ἐστὶ καὶ (sic! non δὲ καί, ut est ap. B.) ἀρτεμίσιος ἀρτεμίσια (sic!) ἀρτεμίσιον ὥςπερ ἀφροδίσιος ἀφροδίσια ἀφροδίσιον > et alio loco < σημαίνει τὸν ναὸν τῆς ἀρτέμιδος >.

97) προκολπίου* (42, 16).
Gl.: < ἀπὸ τοῦ κόλπου λαμβάνεται δὲ ἐπὶ τῶν δωροδεκτῶν ἡ λέξις > v. not. [91])!
Phot. s. v. προκόλπιον (II, 107 Nab.) itemque Suid. s. v. προκόλπιον (ubi laudatur a Bernhardio Lex. Bachm. p. 349)

98) ὡρακιῶν (45, 16).
Epp. 1, 10: < Ἐκτακεὶς δὲ τὰ μέλη καὶ δυσθυμίαις μαραινόμενος τὴν χροιὰν καὶ τὸ βλέμμα δεινῶς ὡρακιῶν[39] ... >.
Gl.: < ὡρακίζω παρὰ τὸ αἰκίζεσθαι τὴν ὥραν ἤγουν τὴν μορφήν >.
EM. s. v. ὡρακίζω (823, 33) (Ex Orione p. 169, 15).

99) κομψότεροι (45, 18).
Gl.: < δεινότεροι >.

100) σκαπάνης† (45, 21).
Gl.: < σκαπάνη σκαφίον (sic! non σκάφιον, ut est ap. Boiss.) ὀρύγιον δίκελλα >.
Hes. s. v. σκαπάνη (IV, 39), Cyr. 63, Phot. (II, 159 N.), Suid.

101) ἐγκεκολαμμένα (45, 25).
Gl.: < κολάπτω τὸ γλύπτω ἢ κλώθω πρὸς τῷ γόνατι (sic, non ut est ap. Boiss. τὰ γόνατα).
Hes. s. v. κολάπτει (II, 505), ubi M. Schmidt.: < γλύφει recte se habet ... Reliqua non intellego >. Neque ego intellego. v. not. [91])!

102) ἀφειδήσω* (46, 14).

Epp. 1, 10: < οὐχ ἧττον αἵματος ἀφειδήσω τοῦ ἡμετέρου ἧπερ[40]) ὕδατος εἰκῇ χεομένου >.
Gl.: < ἀφειδῶ τὸ ἀνιλεῶ >. v. not. [91])!

103) πρός (46, 23).

Gl.: < σύν >.
Cf. gl. 25! „Altera manus", inquit Boiss., „in codice τῇ πρὸς superscripsit σὺν, glossam puto, non varietatem lectionis". Qui si locum alterum novisset, dubitare non potuit

104) ἐκφοράν (49, 3).

Gl.: < ταφήν >.
Hes. (II, 56) (itidem Cyrillus, qui laudatur in adnotatione), Suid. s. v. ἐκφοράν.

105) χλιδῶσα* (54, 10).

Gl.: < χλιδὴ ὁ ἀγλαισμὸς >.
Hes. s. v. χλιδαί (IV, 288), EM. s. v. χλιδῇ (812, 31) (ubi v. cod. V!).

106) ἐντρυφῶσα* (54, 10).

Gl.: < ἐντρυφῶσα σπαταλῶσα >.
Apud Hes., ubi deest et ἐντρυφάω et τρυφάω, reperitur s. v. σπαταλᾷ (IV, 63): < τρυφᾷ > et s. v. κατατρυφῶ (II, 436): < κατασπαταλῶ >.

107) Πυθιάς* (57, 13).

Epp. 1, 12: < Ἑταίρας[41]) μὲν γὰρ ἡ Πυθιὰς[42]) εἴληχε βίον, . . . >.
Gl.: < [πυθὼ πόλις] φωκίδος πυθῶος καὶ πύθιος πυθι[α] καὶ πυθίας > (Sic!).
Steph Byz. s v. Πυθώ; prior pars glossae restitui potest. coll. Hes. (III, 407) et EM. (696, 24) s. v. Πυθώ.

108 (ἄσθμα[43]) (58, 5).

Gl.: < ἀναπνοή >.
Hes. (I, 298), EM. (153, 13) s. v.

109) *ἀσπάσιον* (58, 25).

Epp. 1, 12: <*'Ασπάσιοι*[44]) *λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο*[45])> (Odyss. ψ, 296).
Gl.: < *ἡδέως περιχαρῶς* >.
Hes. s. v. *ἀσπασίως* (I, 302), Suid. s. v. *ἀσπασίως*.

110) *θεοπρόπιον** (65, 7 s.).

Epp. 1, 13: <... *τὴν θεραπείαν*[46]) *ἀπέγνω* >.
Hic Bastius: „In codice", inquit, „glossa adest difficilis enucleatu". Quae ita est legenda: < *[θε]οπρόπιον τὸ ἐκ θεοῦ [μά]ντευμα ἢ τὸ ἐκ θεοῦ [π]ρολεγόμενον* >.
EM. s. v. *θεοπρόπιον* (446, 1), ubi in edit. Gaisf. laudantur schol. Il. α, 85 et Cram. Anecd. T. I, p. 200, 1 [quibus est addendus Apollonius, Lex. s. v. *θεοπρόπιον* (p. 345 Toll.)]; Suid. s. v. *θεοπροπία*.

111) *διωλύγιον*† (65, 22).

Gl.: < *θρηνητικῶς ἔχων ἐπὶ πολὺ* > (sic, non, ut est ap. Boiss. „*ἐπίπολυ*").
Hes. s. v. *διωλύγιον* (I, 524): < *ἠχοῦν ἐπὶ πολύ*... > (ubi ante *ἠχοῦν* addunt adverbium *θρηνητικῶς* Cyr. 39 et 171). Et s. v. *διολύγιον* (I, 517) Hes. cod. exhibet: < *ἐξηχοῦν* > (ubi item „*θρηνητικῶς ἠχοῦν ἐπὶ πολύ*" C. 171). Itaque mihi quidem glossae *ἔχων* mutandum videtur in *ἠχοῦν* s. *ἠχῶν*.

112) *ἀντιβολῶν* (66, 2).

Gl.: < *δεόμενος* >.

113) *κρωβύλου*† (70, 3).

Gl.: < *κρώβυλος*[47]) (sic!) *εἶδος ἐμπλοκῶν* (corr. *ἐμπλοκῆς* coll. Harp. et EM.) *ἢ ὄνομα κύριον* >.
EM. (541, 33). Cf. Harpocr. s. v. *Κρώβυλος* (1, 108 [Dind.]). Ad significationem alteram cf. Hes. s. v. *Κρωβύλου ζεῦγος* (II, 542), Phot. (I, 354 N.), EM. s. v. *ἀγκύλον* (11, 5).

114) *ἀστεϊζόμενον* (70, 3 s.).

Epp. 1, 14: < *Κρωβύλου ζεῦγος ἀστεϊζόμενοι*[48]) *πολλάκις ἐπιφωνοῦσιν ἡμᾶς* >.

Gl.: < *ὡραϊζόμενον χάριεν* (sic!) *καλόν* >.

Hes. s. v. *ἀστεϊζόμενος* (I, 304) (cf. Cyr. Dresd. et Cyr. Vindob. 171), Suid. s. v. *ἀστεϊζόμενος*, lex. Seguer. p. 455.

Ceteri glossae adiectivi < *χαρίεν καλόν* > ad lemma *ἀστεῖος* pertinent. Cf. Hes. s. v. *ἀστεῖος*, quod sequitur post *ἀστεϊζόμενος* et Suid. s. v. *ἀστεῖος*. Exscripsit igitur glossator aut ex libro, in quo omissum erat perperam lemma *ἀστεῖος*, ita ut post *ἀστεϊζόμενος ὡραϊζόμενος* continuo sequeretur *χαρίεις καλός*, aut aberraverunt oculi eius in glossam sequentem.

115) *διεπούσης** (73, 23).

Gl.: < *τὸ διδάσκω μυσταγωγῷ τελειῶ* >.

Nota verbo *διέπειν* saepius subiunctum esse obiecti loco accusativum adiectivi *πᾶς* vel *σύμπας*. Ps.-Aristot. de mundo 6, 15: < *Ὁ τὸ σύμπαν διέπων θεός...* >, qui locus nostri est simillimus; Plut. Pericl. c. 13: < *Πάντα διεῖπε καὶ πάντων ἐπίσκοπος ἦν αὐτῷ Φειδίας·* >; Aesch. Eum. 931: < *Πάντα γὰρ αὗται τὰ κατ' ἀνθρώπους ἔλαχον διέπειν* >; Sap. Sal. 12, 15: < *Δικαίως τὰ πάντα διέπεις* >.

116) *ὅρμος* (74, 12).

Gl.: < *εἶδος κόσμ[ου]* >.

117) *ἑλικτῆρες*† (74, 12).

Gl.: < *ἐνώτιον* (sic; leg. *ἐνωτίων*) *εἶδος* >. Ap. Boiss. vox *εἶδος* deest. Harpocr. s. v. *ἑλικτῆρες* (I, 61 [Dind.]).

118) *Καρίας** (74, 14).

Gl.: < *χώρα τὸ ἐθνικὸν κὰρ καὶ καῖρα. ἔστι δὲ καὶ καρυα* (sic!) *χω[ρίον] τῆς λακωνικῆς* (sic!). *ὁ οἰκήτωρ καρυάτης. τὸ θηλυκὸν καρυατίς* >.

Cf. Steph. Byz. s. v. *Καρία* et *Κάρυα*!

119) *ἀστυγείτοσι* (77, 7).

Gl.: < *πλησιοχώροις* >.

Hes. s. v. *ἀστύγειτον*[49]) (I, 308): < *πλησιόχωρον* >, Suid. s. v. *ἀστυγείτων*. Cf. lex. Seg. p. 455.

120) ἀσχάλλοντες (77, 16).

Gl.: <ὀλιγοψχοῦν (sic!) ἀθυμεῖς[60])>.

Hes. s. v. ἀσχάλλει. <ὀλιγοψυχῶν> est ap. Zon. p. 327 teste Bernardio ap. Suid. s. v.

121) χαλῶσα (81, 9).

Epp. 1, 16: <Καὶ τῆς ἐμῆς αὐτὴ λαβομένη χειρὸς ἐμάλαττε τοὺς δακτύλους ἐκ τῶν ἁρμῶν[61]) ἠρέμα χαλῶσα („faire craquer les doigts" recte Bastius in Ep. crit. p. 259) καὶ προςεγέλασε ἡδύ·>.

Gl.: <ἐνδιδοῦσα>.

Hic iuvat videre versionem Italicam. Etenim Merc.[2] coll. Poll. (2, 94): <τὰ δὲ μεταξὺ τῶν ὀδόντων ἁρμοί> verterat: „Illa mihi adprehensa manu commalaxavit digitos semihiantibus labris remissos". Ille autem vir „Academicus Florentinus", qui neque textum Graecum intellegeret et, ut saepius, Merceri versionem horrendum in modum conglutinaret cum aliorum explicationibus (cf. Pauwium <ἁρμὸς est ipsa iunctura manuum ita sibi adhaerentium, ut videantur compactae> et Abreschium, qui laudat Apul. Miles. III, in.; cui digitorum ἁρμοὶ sunt <palmulae in alternas digitorum vicissitudines conexae>): ille igitur vertit ita: <ella preso avendomi per mano intrecciò (ἁρμὸς Pauwi et Abreschi; sed quo abiit verbum <ἐμάλαττεν>?) le mie dita alle socchiuse sue labbra (!) (ἁρμοὶ Merceri-Pollucis) dolcemente porgendole (χαλᾶν — remittere — porgere! ἡδὺ falso est relatum ad χαλῶσα), sorrise, ...>! Risum teneatis!

122) ἐκβακχευθεῖσα* (81, 12).

Gl.: <[ἐ]ξεστηκυία (sic!) ἐξορχουμένη [ἐ]ξηχευμένη πλανηθεῖσα>.

Cyr. cod. Leyd. (63) s. v. βακχεύσασαν: <ὀρχουμένην, πλανηθεῖσαν, ἐξευτηκυίαν> (corr. ἐξεστηκυῖαν); Hes. s. v. βακχευθεῖσα (I, 354): <ἐξιχευομένη, ἐξεστηκυῖα>, ubi laudatur Cyr. cod. Vindob. 171, qui pro ἐξιχευομένη exhibet ἐξηχευομένη.

Quid autem sibi vult illud ἐξιχευομένη, ἐξηχευομένη, ἐξηχευμένη? Forma ἐξιχευομένη proxime ducimur ad sub-

stantivum *ἴχνος* „vestigium", ita ut sensus evadere possit „de vestigio, de via deferri"; sed verbum *ἐξιχεύω* s. *ἐξιχεύομαι* non exstat et verbi *ἐξιχνεύω* alia est vis, nempe investigandi. Coniecerunt igitur Meinek. *ἐξοινη(ω)μένη* et Musurus *ἐξοιστρουμένη*. Tertium ego proponam. Etenim cum in enucleandis codicis litteris legissem *ἐξηλευμένη*, postquam collato Hesychio atque Cyrillo doctus sum pro „*λ*" legi posse „*χ*", considerabam, nonne illud *λ* prima esset atque genuina scriptio. Ita conieci *ἐξεληλαμένη*, quod quidem non valde abhorret a *πλανηθεῖσα* et facile depravari potuit in *ἐξηλευμένη*. Nam „*λ*" et „*χ*", „*ευ*" et „*α*" facillime confunduntur et *εληλ* per haplographiam mutari potuit in *ηλ*.

123) *ἐπωχετεύετο* (81, 17 s.).

Gl.: <*ἐπεφέρετο*>.

124) *κύρβις** (82, 10).

Gl.: <*σαρὸν τις* (?) *κύρβεως στεγανώτερον*> et <*κύρβεις αἱ τὰς τῶν θεῶν ἑορτὰς ἔχουσαι. ἢ μᾶλλον κύρβεις λέγονται παρὰ τοῖς ἀθηναίοις σανίδες τρίγωνοι ἐν αἷς τοὺς νόμους ἔγραφον καὶ τὰς τῶν ἀδικούντων τιμωρίας*>.

De hac voce multi multa scripserunt; cf. Zen. 4, 77; Harpocr. I, 110 [Dind.]; Poll. (p. 352 Bekk.); Tim. (Plato ed. C. F. Hermann VI, p. 403); Hesych. (II, 557); Phot. (I, 360 Nab.). Quae cum non cohaereant cum explicatione nostra, hoc loco supervacaneum est afferre. Neque quae in EM. Gaisf. legitur expositio (s. v. *κύρβεις* 547, 45) praeter initium pertinet ad Aristaeneti glossam. Quam autem exhibet Etymologi cod. V lectionis varietatem, haec cum nostra glossa ad verbum fere congruit. Nempe ibi scriptum est: <*Κύρβεις· αἱ τὰς τῶν θεῶν ἑορτὰς ἔχουσαι ἢ μᾶλλον κύρβεις λέγονται παρὰ Ἀθηναίοις σανίδες τρίγωνοι, ἐν αἷς τοὺς νόμους ἔγραφον καὶ τὰς κατὰ τῶν ἁλισκούντων* (sic! leg. *ἀδικούντων*) *τιμωρίας*...>[52]). Cum hac codicis Vossiani expositione quodam modo cohaerent, quae exhibet Suidas. Qui s. v. *κύρβεις* (in fine secundi de hoc lemmate articuli), postquam

dedit Etymologi Gaisfordianum ferme textum, apposuit haec: < *καὶ παροιμία· κύρβεις κακῶν. σανίδες εἰσὶ παρ' Ἀθηναίοις τετράγωνοι, ἐν αἷς τοὺς νόμους ἔγραφον καὶ τὰς κατὰ τῶν ἀδικούντων τιμωρίας (ἐποίουν)*[53]. *ἐπὶ τοίνυν τῶν σφόδρα πονηρῶν ἡ παροιμία* >. Etymologum Vossianum autem qui redegit, mihi videtur hausisse ex Zenobio, qui (in MS. Paris. ap. Gaisf.) exhibet haec: < *Κύρβεις σανίδες τρίγωνοι παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἐν αἷς τὰς κατὰ τῶν ἀδικούντων ἔγραφον τιμωρίας, ἔγραφον δὲ καὶ τοὺς νόμους* >. Haec de altera glossae parte fuerunt dicenda.

Prior autem glossae expositio magnum mihi facessebat negotium neque nunc molestia prorsus sum liberatus. Etenim qui hic in codice exstant litterarum ductus, coniciendo magis quam simpliciter legendo ita interpretabar, ut fieret *σαρὸν τις*, cum ceterae voces *κύρβεως στεγανώτερον* perspicue legerentur. Neque ullum reperire potui locum, quo lectio mea sublevaretur. Verum alii aliam adhibeant medelam, si opus est medela. Equidem iam sum expositurus, quid sibi velit glossa, si genuina vidi codicis verba.

Est autem *σάρον* (sic est ponendus accentus, non *σαρόν*! V. Lob. ad Phryn. p. 83) derivatum a verbo *σαίρειν* „verrere" significaturque eo everriculum, scopae. V. Hes. s. v. *σάρον* (IV, 12) et Lucill. in Anthol. Pal. 11, 207, 4: < *καὶ σπόγγιον καὶ σάρον εὐθὺς ἔχων* >. Proprie autem est id everriculum, quo utebantur servi in everrendis areis; vid. Poll. 6, 94 (ubi opponitur *κορήθρῳ* et *καλλύντρῳ*) et 10, 29. Deinde hac eadem voce significatur id, quod velut scopis verritur atque postremo everritur. Sic est apud Callim., Del. 225: < *πόντοιο κακὸν σάρον* >. Atque hoc nomine etiam irrisos esse quosdam, ita ut purgamentum quasi eiciendum (cf. *κάθαρμα*) nominarentur, videmus ex Hesychio. Cf. Hes. s. v. *σάρον* (IV, 123): < *Ἴων Ἀργείοις· ὡς παλαιὸν οἰκίας σάρον. θέλει δὲ λέγειν, ὅτι ἄχρηστοί εἰσι διὰ τὸ γῆρας*).

Adiectivo autem *στεγανός*, cui deducto a verbo *στέγειν* „tegere" significatio est tecti, operti, cum transferas a re

tecta ad hominem tectum sc. in dicendo, significatur homo tacitus, taciturnus. Cf. Hes. s. v. *στεγανόν* (IV, 73): <... *τὸ δυνάμενον στέγειν τοὺς λόγους καὶ μὴ ἐξαγγέλλειν*...> (Quae adiectivi a verbi genere activo derivatio necessaria non videtur. Est enim tectus ipse homo tectaeque sunt in eo res ei commissae) et s. v. *στεγανώτερον*. Sic est ap. Them. Or. 26, p. 323 D: <*στεγανοὺς καὶ ἀφώνους καὶ ἀπροσηγόρους*> et Or. 21, p. 263 A: <*στεγανὸς εἶ καὶ Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος*>. Et ap. Alciphr. Epp. 1, 13: <*γενοῦ μοι τὰ νῦν Ἀρεοπαγίτου στεγανώτερος*> (quod in proverbium abiit).

Verbis igitur <*σάρον τις* (sc. *λέγεται*) *κύρβεως στεγανώτερον*> (si genuina sunt glossatoris verba) nobis proditur versio graeca pro convicio nostro <altes Waschweib> commodeque vertantur illis Goethi versibus leviter immutatis <Ein verruchter Besen, der nicht *schweigen* will!>. Nam quid aliud homo „legum tabula publica tectior" nisi homo omnino in dicendo non tectus?

„*Πάταξον μέν, ἄκουσον δέ.*"

125) *ἀσπαλιεύσω** (84, 6).

Gl.: <*[ἀ]σπαλία* (sic!) *ὁρμία* (sic!) *[ἁ]λιευτική· ἀσπαλι[ευ]τὴς ὁ ἁλιεὺς ὁ τῇ [ὁ]ρμία* (sic!) *χρώμενος*>.

Moer., Cyr. 39 et Cyr. 63, Hes. s. v. *ἀσπαλιεύς* (I, 301) et s. v. *ἀσπαλιευτής*, EM. (156, 39) s. v. *ἀσπαλιευτής*, Suid. s. v. *ἀσπαλία*.

126) *σιμός** (86, 18).

Gl.: <*τὸν τύπον τοῦ σ̂ ἔχων*>.

EM. s. v. (713, 15).

127) *γρυπόν** (86, 19).

Gl.: <*[γρ]υπὸς*[64]) *ὁ ἐπικεκα[μ]μένην ἔχων τὴν ῥῖνα*[65]) *[ῥ]υμβὸν γὰρ τὸ ἐπικαμπὲς ἢ παρὰ τὸ ῥέπω ῥυπὸς καὶ γρυπὸς· ἐφ' ἑνὶ τῷ μέρει ῥέπουσα ῥίν*>.

EM. s. v. *γρυπός* (242, 3). Propius hic quoque accedit ad glossam nostram EM. cod. V et plane congruit cum illa Et. Gud. cod. olim Sorbonicus, nunc Bibiothecae Regiae Parisiensis, ex quo in EM. codicibus *ῥέπουσα* reponendum videtur pro *ῥέουσα*.

128) *ὑποκοριζομένου** (86, 24).

Gl.: <*[π]ηλακίζοντος*[56]) *διασύροντος [ὑπ]οκρινομένου δημοσθένης κατὰ* (?) *τοῦ εὐφήμως ὀνομαζομένου*[57])>. Schol. in Platonis Rem Public. 400 B („i. e. Boethus" Naber in Prolegg. ad Photi lex. p. 37): <*ὑποκοριζόμενοι] διασύροντες, ὡς Ξενοφῶν* [Memor. II, 1, 26] *ἢ τὸ αἰσχρὸν εὐφήμως ὀνομάζοντες, ὡς Δημοσθένης* [F. Leg. § 259] *κολακεύοντες ὑποκρινόμενοι*>, Hes. s. v. *ὑποκορίζεσθαι* (IV, 214): <*ὑποκοριστικοῖς λόγοις χρῆσθαι, ἤτοι κολακεύειν*>; Phot. s. v. *ὑποκοριζόμενοι* (II, 247 N.): <*διασύροντες· Ξενοφῶν φησιν· οἱ δὲ μισοῦντές με ὑποκοριζόμενοι δοομάζουσι κακίαν. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐχρήσατο τῇ λέξει ἐπὶ τοῦ „εὐφημοῦντες καὶ τὸ αἰσχρὸν εὐφήμως ὀνομάζοντες". λέγει γὰρ*...> etc.; EM. s. v. *ὑποκορίζεται* (782, 34): <*κολακεύει. ὑποκρίνεται*> et s. v. *ὑποκοριζόμενοι*: <*Ξενοφῶν ἀντὶ τοῦ διασύροντες* (Addit cod. V.: „*κολακεύοντες ὑποκρινόμενοι*"). *Ὁ δὲ Δημοσθένης*...>; Suid. s. v. *ὑποκορίζεται*, ut EM., et s. v. *ὑποκοριζόμενοι*, sicut Photius; Zonar. p. 1784: <*κολακεύοντες, διασύροντες, ὑποκρινόμενοι*>.

Quae tres glossarum explicationes blandiendi, destringendi, simulandi et contendere et nimium abesse inter se videntur. Verum aptissime coniungi poterunt, si primam atque genuinam verbi significationem indagaveris. Est autem *ὑποκορίζεσθαι* proprie infantiorem se gerere. Infantes autem ab eo nomen acceperunt, quod in appellandis rebus saepius nomina recta non assequuntur. Infantiorem igitur se gerit „*ὑποκορίζεται*", qui infantium more rem non suo nomine designat, sed aut benevolentiore, aut malevolentiore aut falso fictoque, qui aut blanditur aut destringit aut simulat. En tres glossarum interpretationes! Atque etsi concedimus significationem primam longe esse frequentissimam, tamen expositio altera, quae est opposita illi Plutarchi explicationi (Solon p. 189 ed. Bryan.) <*ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας*...*ὑποκορίζεσθαι*>, minime abhorret a propria verbi vi. Neque igitur locum illum

Xenophontis mutandum esse puto, ut voluit Ruhnkenius (v. Piers. ap. Moer. s. v.) et Bernhardius (ap. Suid. s. v.).

129) *Εἰλειθυίας** (90, 24).

Epp. 1, 19: <...*τῆς Εἰλειθυίας ἐγκαίρως ἐφισταμένης* (ubi ap. Boiss. errore typothetae in textu legitur *ἐπιστ.*) *τίκτει*...>.
Gl.: <*ἤγουν τῆς θεᾶς τῶν ὠδίνων*>.

Cf. Hes. s. v. *Εἰλειθυίας* (II, 27): <*ἐνίοτε μὲν τὰς θεάς, ἐνίοτε δὲ τὰς ὠδίνας*...> (ubi emendatio Schmidti, qui cum schol. Hom. Iliad. T 119 codicis *ὀδύνας* mutavit in *ὠδῖνας*, nunc nostro quoque loco firmatur).

130) *ῥοπήν* (93, 7).

Gl.: a) intra lineas: <*κλῆσιν*>; b) in margine: <*ῥοπὴ κλῆσις νεῦμα*>.
Hes. (III, 433), Phot. (II, 135 N.), Suid. s. v. *ῥοπή*.

131) *εὐνοίας*† (93, 7).

Gl.: <*φιλίας*>. Non, ut est apud Boiss., coniunctae sunt glossae, ut legatur ad *ῥοπὴν εὐνοίας* explicatio <*κλῆσιν νεῦμα φιλίας*>, sed *φιλίας* et *κλῆσιν κτλ.* diversis locis scripta sunt.
Hes. s. v. *εὔνοια* (II, 227); Phot. s. v. *εὐνοίας* (I, 231 Nab.).
Cf. gl. 167!

132) *ἀφελῶς** (94, 1).

Gl.: a) intra lineas: <*ὁλοκλήρως*> et b) in margine*: <*ἀφελὴς ὁ ὑ[γιὴς] τὸ σῶμα*[58]). *[ὁλό]κληρος λέ[γεται] καὶ ὁ εὔκολος*>.
EM. s. v. *ἀφελής* (176, 14).

133) *περισκελίδας** (94, 3 s.).

Gl.: <*περισκελῆ, φημινάλια, βιακία* (leg. *βρακία*)>.
Hes. cod. (III, 320): <*περισκέ*ʹ (λλ superscr.), *βακκία, φιμινάλια*>, quae in *περισκέλια, βρακκία, φεμινάλια* mutavit Musurus; Phot. s. v. *περισκελῆ* (II, 364 Nab.): <*βρακία, φημινάλια*>; Suid. s. v. *περισκελῆ*: <*βρακία, φημινάλια*>, ut Photius, et s. v. *περισκέλια*, quae proxima insequitur: <*ἃ ἐφόρουν οἱ Ῥωμαῖοι.*

ἦσαν δὲ κροκοβαφῆ...>. Quas Suidae glossas cum Casaubono coniungo, ut fiat: <περισκελῆ] βρακία, φημινάλια, περισκέλια, ἃ ἐφόρουν...>. Bernhardius autem hic pro lemmate περισκελῆ scribendum putat περισκέλια, falso ille quidem. Saepius enim legitur forma περισκελῆ. Sic et apud Hieronymum est (in Ep. ad Fabiolam: „Quae Graeci περισκελῆ vocant") et frequentius in Test. Vet. (Eccles. 45, 9; Ezech. 44, 18; Exod. 28, 38; Levit. 6, 10). Est autem illa glossa ap. Phot., ex quo deprompsit Suid., inter glossas sacras. Cur igitur lemma sit mutandum? Immo Hesychi compendium περισκέ$^{λλ}$ (= περισκέλια Mus.) velim mutare in περισκε$^{λ\hbox{-}}$ (= περισκελῆ).

134) ἀναμφισβητήσιμον (102, 17).

Epp. 1, 22: <Ἐπένευσε μόλις καὶ ἀμφισβητήσιμον[59]) ἡ Δωρίς, ...>

Gl.: <ἀνάμφιβαλλόμενον (sic!)> et in margine: <δύστικτον (sic!)>.

Hes. s. v. ἀμφισβητεῖν (I, 164).

135) παραλογιζόμενος (105, 17 s.).

Gl.: <ἀπατῶν>.

136) προσχήματι* (106, 14).

Epp. 1, 24: <Ὁ[60]) δ'οὖν θρασύτερος[61]), προσχήματι μὲν συμβουλῆς...>.

Gl.: <ὑποκρίσει>. Cf. gl. 62!

137) παραπληξία † (109, 9).

Gl.: <μανία ἀφροσύνη βλάψις τῶν φρενῶν> (Ap. Boiss. sola legitur explicatio ἀφροσύνη).

Hes. (III, 275), Phot. (II, 363 N.), Suid. s. v. παραπληξία; Hes. (III, 275), Phot. (II, 58 N.), EM. (652, 2) s. v. παραπλήξ. Voce βλάψις autem utitur Plato de legg. 932, e et grammaticus Bekkeri, Anecd. I, p. 438, 3.

138) ἐξερρύη (109, 17).

Epp. 1, 24: <... θατέρου[62]) δὲ παραχρῆμα ἐξερρύη>.

Gl.: <ἐξέφυγε>.

Hes. s. v. ἐξερύησαν (sic!) II, 121 et Suid. s. v. ἐξερρύησαν.

139) *ἀμφωλένια** (113, 3).

Gl.: <*[ἀμφὶ] ταῖς ὠλέναις βαλλόμενον*>.

<*Ἀμφωλένιον*> scribo in textu cum Reiskio[63], quem sequitur et ipse Hercherus. Cod. enim exhibet *ἀμφωλένια*. Quae mutatio etsi ipsa per se non est necessaria, quippe cum *τὸ ἀμφωλένιον* atque *ἀμφωλένιος*, — *ον* aeque desiderentur in lexicis, tamen glossa inducor, ut reponam Reiski coniecturam. Nam explicatio glossatoris, opinor, exscripta est ex libro, in quo legebatur <*ἀμφωλένιον*>.

140) *ταραντῖνον**[64] (113, 4).

Gl.: <*λεπτὸν καὶ διαφα[νὲς] ἱμάτιον οὐ τὸ π…*> (leg. *οὐ πάντως πορφυροῦν*).

Schol. Luc. Calumn. c. 16; Phot. s. v. *ταραντῖνον* (II, 200 N.); EM. s. v. *ταραντεινόν* (746, 14); Suid. s. v. *ταραντινίδιον*.

141) *ἀνέδην*[65] (114, 2).

Gl.: <*ἀναστάτως ἄνευ ἕδους*>.

EM. s. v. (103, 10).

142) *Φάριος** (117, 2).

Gl.: <*κυβερνήτης ἑλέν[ης]*>.

Glossator hic confudit adiectivum cum substantivo.

EM. s. v. *Φάρος* (788, 11); Steph. Byz. s. v. *Φάρος*; cf. Herodian. dict. mon. p. 36, 28.

143) *εὐπάρυφος* (118, 4 s).

Epp. 1, 27: <*Ὃς εὐπάρυφον*[66] *τὸ θερίστριον καὶ ποικίλον…*>.

Gl.: <*εὐκατέργαστος*>.

Suid. s. v. Apud Hesych. quae excidit vocis *εὐπάρυφος* explicatio, haud scio an fuerit *εὐκατέργαστος*. Etenim iam M. Schmidtius quod est s. lemm. *εὐπαρύφων* adiectivum *εὐμεταχειρίστων* dubitat, an sit mutandum in *εὐκατεργάστων*.

144) *θερίστριον**) (118, 5).

Gl.: *θέριστρον* (sic!) *θερινὸν* (?) *ἱμάτιον*>.

Hes. s. v. *θέριστ(ρ)ον* (II, 309) (ubi laudatur C. 171), Phot. s. v. *θέριστον* (II, 356 N.), Suid. s. v. *θέριστον*.

145) *κερκίδος** (118, 6).

Gl.: < *κερκίς εἶδος [φυτοῦ] καὶ τὸ τῶν γυν[αικῶν ἐργαλεῖον]* >. EM. (506, 5) et Suid. s. v.

146) *παρευδοκιμεῖν** (118, 18 s.).

Gl.: < *νικῆσαι εἰς δόξαν ὑπε[ρ]βῆναι* >. Phot. (II, 63 N.) itemque Suid. s. v. *παρευδοκιμησάσης*.

147) *Λειβηθρίων**[67]) (121, 1).

Gl.: < *ἔθνος* >. Zenob. I, 79 (v. Bast. in Ep. crit. p. 266, qui laudat etiam Diogenian. II, 26).

148) *διαύλους** (121, 2).

Gl.: < *[δία]υλος μέτρον πηχῶν*[68]) *[δι]ακοσίων* >. Schol. Aristoph. Av. 293: < *Δίαυλος ὁ διστάδιος τόπος ἢ μέτρον πήχεων σ'* >. Quae verba repetit Suid. s. v. *δίαυλος*. Et *πηχῶν διακοσίων* etiam est apud Zonar. p. 506. Ex quibus suppletur Hesych., apud quem s. v. *δίαυλος* (I, 501) omissum est numeri signum: < *μέτρον πηχῶν*... >. Est igitur *δίαυλος* mensura duorum stadiorum, i. e. mille ducentorum pedum. Atque cum *πῆχυς* temporibus prioribus sesquipedalis fuerit, postea duorum pedum, *δίαυλος* aut *πήχεων ὀκτακοσίων (ω')* aut *ἑξακοσίων (χ')* est, minime *διακοσίων (σ')*. Itaque Palmerius aliique et in Aristophanis scholio et apud Suidam ex *σ'* fecerunt *ω'*, atque ita emendandus etiam Zonaras. Cf. Hero *περὶ εὐθυμετρικῶν* in Analectis Benedictinorum p. 314: < *Τὸ δίαυλον ἔχει πλέθρα ιβ', ἤτοι στάδια β', ἄκενας (ἀκαίνας) ρκ', πήχεις ω', πόδας φιλεταιρίους μὲν ,ασ, ἰταλικοὺς δὲ πόδας ,αυμ'.* >. Verum in Aristaeneti glossa vox margine praeciso mutilata supplenda certe in *διακοσίων*. Nam et ceteri, Schol. Aristoph., Suid., Zonar. (quibus adnumerandi Cyrilli cod. 39. 63. 171) exhibent illum numerum, et margo libri manu scripti non ita decurtatus est, ut desectae sint tres litterae „*ὀκτ*—".

Ceterum hoc loco voce *διαύλους* neque mensura quaedam significatur neque angiportum (cf. Hes. s. v. *διαύλους* (I, 501): < *στενοὺς τόπους. ὁδούς* > atque lexica), verum, ut ait Bastius in Ep. crit. p. 266 s. ipse se reprehendens (cf. quae afferam infra!): „ipse cursus, actio eundi ac redeundi“. Qui optime confert locum Libani (4, p. 170): < *πολλοὺς διαύλους κατ' ἐμοῦ τοῦ κακοδαίμονος τρέχων* > aliosque. Rectissime igitur, quem laudat Boiss., Foucault de la Coudrière vertit: „il n'a point de honte de faire tant de pas perdus, tant d'allées et de venues pour néant“. Interpres autem ille sine nomine Italicus cum verteret: „nè arrossisce già di andar sempre in su e in giù quella sciocca e ridicola canzon ripetendo“, et Basti explicationem priorem: < Tu germanice verte: „Die Strassen auf- und niederlaufen“ > (Bast. ap. Boiss.) et Merceri versionem: < nec erubescit vanam atque inanem cantionem reciprocari saepius[69]) > in unum conglutinavit.

149) *θρυπτομένη** (121, 4).

Gl.: < *βλακευομένη* >.

Suid. s. v. *θρύπτεται*. Cf. gl. 155 et 176!

150) *προκαλινδουμένη* (121, 13).

Gl.: < *κυλιομένη* >.

Hic glossator, quia sub verbo composito nihil reppererat, verbum simplex evolvit; Hes. s. v. *καλινδεῖσθαι* (II, 397), EM. s. v. *καλινδοῦμαι* (486, 9).

151) *λοξόν** (121, 15).

Epp. 1, 27: < *Ἡ δὲ διαμωκωμένη*[70]) *καὶ ὑποβλέπουσα λοξόν,...* >.

Gl.: < *πλαγίως, σκολιῶς* >.

Hes. s. v. *λοξός* (III, 49); Phot. s. v. *λοξά* (I, 393 N.); Suid. s. v. *λοξά* (qui Photi explicationem repetit).

152) *ὑπεροπτικῶς* (121, 17 s.).

Gl.: < *ὑπερηφάνως ἀλαζονικῶς* >.

Apud unum Suidam exstat lemma *ὑπεροπτικώτερον*, verum sine explicatione.

153) *ἐξ ὑπογυίου* (125, 3).

Epp. 1, 28: <*καὶ τὴν ἐμὴν οὕτω ψυχὴν ἤθεσιν ἐξ ὑπογυίου παλιμβόλοις ἱστὸν ἀπέδειξε Πηνελόπης*>. Quem locum Merc.[2] ita vertit: „— atque ita mentem meam ad eius mores derepente versatilem fecit instar telae Penelopes“, quippe qui pro lectione Sambuci: „*ἐξ ὑπογείου* (cod. a m. pr. *ἐξ ὑπογίου*, corr. m. altera) *παλιμβόλων*“ („Syllabae *οις* compendium in toto fere codice minus perspectum habet Sambucus“ Bastius ap. Boiss. hoc loco) ex suo ingenio reposuisset: „*ἐξ ὑπογυίου παλίμβολον*“[71]). Quae Merceri versio et ap. Herch., textu quamvis mutato, redintegratur et subiecta est versioni Italicae: „e cosi rende la mia mente alle sue maniere ad un tratto versatile a guisa della tela di Penelope“. Unde apparet Aristaeneti versionem novam, quae ad textum, qualis nunc est, accommodetur, si opus est ulla huius scriptoris versione, non nullius fore pretii. Sed haec hactenus!

Glossa igitur adscripta est: <*προσφάτου νεωστὶ γενομένου*>.

Illud *πρόσφατον* quidem iam reperitur apud Moeridem s. v. *ὑπόγυιον* (p. 278 Piers.): <*ὑπόγυιον δεῖ τάττειν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, οὐκ ἐπὶ τοῦ παρεληλυθότος. σημαίνει δὲ ἑκατέρως πρόσφατον*>. Qui locus, sicut nunc legitur, certe est corruptus. Etenim absonum est modo reiecta altera vocis significatione continuo loqui de utroque eiusdem vocis usu. Atque *ἐξ ὑπογυίου* etiam usurpari de rebus praeteritis iam dudum viderunt viri docti. Cf. exempli gratia Plat. Menex. p. 235: <*νῦν μέντοι οἶμαι ἐγὼ τὸν αἱρεθέντα οὐ πάνυ εὐπορήσειν. ἐξ ὑπογυίου γὰρ παντάπασιν ἡ αἵρεσις γέγονεν*> et Luc. t. I, p. 1022: <*ἔγωγε οὖν ἐξ ὑπογυίου τῆς ἐπιχειρήσεως ἡψάμην*>. Restituendus autem mihi videtur Moeridis locus ita fere: <*ὑπόγυιον ἔστι τάττειν* (sive: *καὶ τάττεται*) *ἐπὶ τοῦ μέλλοντος καὶ ἐπι τοῦ παρεληλυθότος. σημαίνει δὲ ἐγγύτερον πρόσφατον*>. *Ἑκατέρως* enim quod est in collatione Gronoviana, ad cod. Regium [Paris.] vel alium librum eius simillimum facta (codd. Coisl. et Reg. exhibent *ἑκάτερον*), mihi

non probatur. Neque enim puto adiectivum πρόσφατον usurpari posse, si agitur de re futura V. EM s. v. πρόσφατον (691, 6): < κυρίως ἐπὶ τοῦ νεωστὶ πεφονευμένου εἴρηται˙... ἐκ τοῦ φῶ, τὸ φονεύω... > et Zonar.: < Πρόσφατον˙ τὸ ἀρτίως γινόμενον. Καὶ προσφάτως ἀντὶ τοῦ νεωστί >. Verum si φρόσφατος referendum est ad res praeteritas, altera opus est voce, qua significentur res futurae. Reposui igitur ἐγγύτερον, quod iam Hudsonius scripsit (Moer. Piers. s. v.), coll. Suid. s. v. ὑπόγυον: < ἐγγύτερον, πρόσφατον, νεωστὶ γινόμενον, τὸ πρὸ ὀλίγου καὶ μετ᾽ ὀλίγον... >. Ἐγγύτερον enim propius accedit ad lectionem codd. Coisl. et Reg. ἑκάτερον et ad ἑκατέρως collationis Gronovianae quam superlativus ἐγγύτατον, qui est in EM. s. v. ἐξ ὑπογυίου (349, 10 ss.). Sed iam redeamus ad glossam nostram!

Ex altera eius parte < νεωστὶ γενομένου > aoristus γενόμενον reponendus videtur pro Suidae et Zonarae γινόμενον. Etenim adverbia νεωστὶ et ἀρτίως cum tempore praeterito coniungenda sunt, non cum praesenti. Scribendum igitur puto ap. Suid.: „νεωστὶ γενόμενον" et apud Zon.: „ἀρτίως γενόμενον".

154) παλιμβόλοις (125, 3).

Gl.: < ακαταλλήλοις (sic s. sp.) ἀναρμόστοις εὐμετατρέπτοις >.
Hes. (III, 260), EM. (648, 55) s. v. παλίμβολος.

155) ἐπιθρυπτομένη (125, 6).

Gl.: < βλακευομένη χαυνουμένη μαλακιζομένη >.
Suid. s. v. θρύπτεται. Cf. gl. 149 et 176!

156) ἐπικωμάσωσιν† (126, 10).

Gl.: < ὑβρίσουσιν > (non, ut est ap. Bo., τίσουσιν).
Hes. (II, 564), Phot. (I, 365 N.), Suid. s. v. κωμάζει.

157) πανουργότερον* (129, 20).

Gl.: < [λέγεται] ο (sic! = ὁ πάνυ (?) φρόνι[μος] καὶ τὰ πάντα ἐπιστάμενος >.
Phot. s. v. πανοῦργος (II, 51 N.) et itidem Suid., qui inde ab ἐπιστάμενος subiungit alia.

158) *κηρύκειον**[72]) (133, 3).

Epp. 2, 1: < *τὸ γὰρ πρὸς ἑταίρας κηρύκειον ἐκ τοῦ Βαβυλωνίου χρυσοῦ χαρακτηρίζεσθαι πέφυκεν* >: „caduceum, quo patefiant scortorum ianuae, cudi necesse est ex auro illo Babylonico", sc. quippe quod sit purissimum. Cuius loci sensum minus perspexit Merc.[2], cum verteret: „Caduceus enim amicarum censeri debet auro Babylonico" et Merceri versio explicatione Italica non est facta rectior: „Il caduceo è senza dubbio per le amanti più prezioso ed efficace (cf. „censeri debet") dell' oro babilonico". Hoc vitium inde natum est, quod perperam interpretatus est Mercerus verbum *χαρακτηρίζειν*, cuius significatio hic non est omnino notandi, designandi, censendi, sed notandi nummos, signandi, cudendi.

Gl.: < *κηρύκειον τὸ [τοῦ] κήρυκος. καὶ κηρύκιον ῥάβδος* (omissus videtur genitivus *Ἑρμοῦ*. Cf. EM.!). *ἔστι καὶ κηρύκ[ει]ον*[73]) *τόπος ἐν ᾧ ἀνῆλθ[εν] ἡρακλῆσ καὶ ἐκήρυ[ξε] τὴν γένεσιν τῆς ἀρτέμιδος* >.

EM. s. v. *κηρύκειον* (511, 53) lectio codicis V.

159) *κάλπην** (138, 15).

Epp. 2, 4: < *ἐπὶ λαιοῦ τῶν ὤμων κομίζουσα τὴν κάλπην*[74]) >.

Glossam, quae hoc loco est in codice, equidem prorsus enucleare non potui. < *ὑδρεῖα* (sic perspicue) *παρθενική. ἔστι δὲ καὶ κάλπις*? (an *κάλπης*?)... *καὶ κάλπη .ιμνη* >. Quid autem sibi vult „situla virginalis"? An est situla, quales portare solent virgines? Num hae alia fuerunt forma atque feminarum? Sine illo adiectivo explicatio non minus esset perspicua. Ineptius mihi videntur hae voces coniunctae esse a glossatore quodam, qui ante oculos haberet versum Homeri (Od. *η* 20), ubi de Minerva dicitur *παρθενικῇ εἰκυῖα νεήνιδι, κάλπιν ἐχούσῃ*. Haud scio an ille quidem etiam legerit pro *παρθενικῇ* accusativum *παρθενικήν*. Iis quae sequuntur, exponi videtur diversa duarum vocum *κάλπη* et *κάλπις* significatio, quomodo fit apud Hes. (v. not. [74]). Verum

ego compendia codicis supplere nequeo. An sub ultima voce latet substantivum *στάμνος* (v. Hes. in nota)?

160) *ὀξύρροπον** (138, 23).

Gl.: <*ταχέως ῥέποντα μετατρεπόμενον*>.

Zonar. p. 1456.

161) *δυσκολίαν** (141, 1 s.).

Gl.: <*[δ]ύσκολος ὁ δυσάρεστος ὁ [δ]υσχερῶς τινὶ* (sic!) *β…ύ* an *ε*?)[75]) *μενος μετὰ βίας*>.

EM. s. v. *δύσκολος* (292, 6), ubi Gaisf. in adnotat. laudat Orionem p. 48, 12.

162) *οἰκοπινάκων** (141, 10).

Epp. 2, 5: <…*Ἀχιλλεύς, ὃν ἔμαθον ἐκ τῶν οἴκοι*[76]) *πινάκων*,…>.

Gl.: <*βιβλίων*>.

163) *Ὄναισθε*[77]) (146, 9).

Gl.: <*ὠφεληθείητε*>.

Hes. s. v. *ὀνίνασθαι* (III, 208) et *ὀναίμην* (III, 207) et alia; Phot. s. v. *ὄναιντο* (II, 17 N.) et alia; Suid. s. v. *ὄναιντο*, ubi redintegrat Photi explicationem, et aliis locis.

164) *τονθορύζεις** (146, 14).

Gl.: <*ὑπόπτως λαλ[εῖς] ψιθυρίζεις ῥρέ[μα] γογγύζεις*>.

Phot. (II, 219 N.), EM. (762, 1), Suid. s. v. *τονθορύζει*.

165) *καγχάζεις** (146, 16).

Gl.: <*καγχαλᾷς, χαίρεις*> et a manu recentiore <*κομπάζεις*>.

166) *κατὰ κράτος* (146, 17).

Gl.: <*ἰσχυρῶς*>.

Hes. s. v. *κατὰ κράτος* (II, 426), ubi etiam laudatur Cyr.

167) *εὐνοίας** (154, 6).

Gl.: <*φιλίας*>. Cf. gl. 131!

168) *Νάρκισσον** (158, 5).

Gl. vix potest legi: <*ἱστορί[αν?] ν…κ…[ ναρκίσσου?] …η ἦν…νι, ἰδων* (sic!) *δ᾽ἑαυτὸν ἐν σκιᾷ τῶν ὑδάτων οὕτω καλὸν μέγιστον, εὐειδῆ νέον ἔρον τε πλεῖστον τῆς [ἑαυτοῦ?] λαβὼν θέας, πίπτει καθ᾽ ὑγρῶν καὶ περὰ* (sic!) *πύλας* (?) *βίου. ἡ γῆ δὲ φυτὸν ἀντιδιδοῖ τοῦ νέου*> (Haud scio an sit legendum *πέρα πυλῶν*).

169) ποτνιῶμαι (161, 6).

Gl.: <ἱκετεύω>.

Hes. s. v. ποτνιᾷ (III, 366): ἱκετεύει, παρακαλεῖ (Mutandane haec in ἱκετεύεις, παρακαλεῖς?) et s. v. ποτνιῶμαι.

170) εὐπόρου* (162, 12).

Gl.: <πλουσίας>.

In EM. Gaisf. in indice quidem nominatur εὔπορος sub p. 395, 10, sed in contextu versus decimus huius paginae cumque eo glossa omnino deest, cum in editione Sylburgi eodem loco legatur:

*<εὔπορος, ὁ πλούσιος· ἀπὸ τοῦ πόρου>. Haec enim glossa est ex iis, quas in posteriore EM. editione Veneta additas esse monet (p. VII) Sylburgius.

171) ἀπορίας* (162, 14).

Gl.: <πενίας>.

Gl. Antiatt. (ap. Steph. in Thes. s. v.) 81, 25: <Ἀπορία καὶ πενίαν ἀδιαφόρως ἔλεγον>.

172) κωμικῶς* (165, 11).

Gl.: <ἀττικῶς>.

Hes. s. v. κωμική (II, 564): <Ἀττική> (ubi in adnotatione M. Schmidtius: „Accedit Cyrilli Lex. MS., sed quid sit, non liquet“).

An utraque glossa profecta est e glossario alicuius atticistae, ubi vocibus atticis „κωμική“ et „κωμικῶς“ oppositae erant aliae hellenicae?

κωμική, Ἀττικῶς·...Ἑλληνικῶς

κωμικῶς, Ἀττικῶς·...Ἑλληνικῶς

Iam glossae ita depravari poterant, ut nescio quis librarius, qui explicationem hellenicam legere non posset, in utraque glossa partem alteram omnino omitteret, et postea tertius, qui quomodo haec labes facta esset nesciret et utroque loco adverbium Ἀττικῶς putaret glossae explicationem, illud Ἀττικῶς secundum lemma mutaret in Ἀττική.

173) σπαθᾷς* (165, 12).

Gl.: < σπαταλᾶς [ἀσώ]τως ζῇς >.

Hes. s. v. σπαθᾷ (IV, 61), Phot. (II, 169 N.), Suid. s. v. σπαθᾶν.

174) νυκτηγρετοῦσα*[78]) (166, 10 s.).

Gl.: < γρέτας τὸ εἴδωλ[ον] >.

Profecta est haec glossa, ut videtur, a librario quodam, qui alterius errorem suo errore correxit. Nempe ille in contextu pro νυκτὴ γρετοῦσα legit νυκτὴ βρετοῦσα et, cum sensum non perspiceret, adscripsit: < βρέτας τὸ εἴδωλον > (Cf. Hes. s. v. βρέτη (I, 397), EM. (213, 5), Suid. s. v. βρέτας). Hic qui videret in textu scriptum esse νυκτὴ γρετοῦσα, ut consensio fieret glossae cum contextu, mutavit illud βρέτας in γρέτας. Hoc autem si ita est, partem certe glossarum iam fuisse in eo libro demonstratur, ex quo descriptus est cod. Vindob.

175) βασκανίαν* (169, 13).

Gl.: < ζῆλον ἰωυφὴν (?)[79]) φθόνον >.

Cum ap. Hes. s. v. βάσκα (I, 362) inveniatur: < μάκελλα. βασκανία > (ubi M. Schmidtius: „Βασκανία“, inquit, „cum verbis praecedentibus iungi non debere, sed seorsim ab Hesychio (?) cum sua expositione scriptum fuisse adnotavit HSt. Thes. c. 179 D“), haud scio an, quae recte a Stephano desideratur Hesychi explicatio, glossa nostra sit servata, quippe quae a verbis Suidae, apud quem unum reperitur lemma βασκανία, prorsus sit aliena.

176) βάδην* (170, 2).

Gl.: a) intra lineas: < ἠρέμα ταχέως > et in margine: < τὸ δὴ λεγόμενον θᾶττον ἢ βάδην [ἀπὸ τοῦ]? βαίνω βάδην ἀπὸ τοῦ τείνω τάδην >.

Hes. s. v. βάδην (I, 350), EM. s. v. βάδην ἀπιόντος (184, 47).

Adverbio βάδην secundum vocis originem significatur ingressus gradatim incedentium, cui opponitur cursus (cf. Xen. Cyrop. 3, 3, 62), ita ut propius accedat ad significationem lenti (cf. Phot. s. v. θᾶττον ἢ βάδην (I, 274 N.) et Hesychi locum supra laudatum et Etymologici Magni explicationem

primam Item Suid. s. v. βάδην affert verba scriptoris ignoti: < Βάδην καὶ σχολαίως ἀκολουθῶν >). Quomodo autem potuit fieri, ut Timaeus (in Lex. Plat. s. v. βάδην) scriberet < ἐπειγομένη πορεία > et in EM. post ἠρέμα apponerentur < ἢ θᾶττον, ἢ ταχέως >? Qui error, ut videtur, inde natus est, quod nescio quis grammaticus voculam ἤ, quae in locutione „θᾶττον ἢ βάδην" significatione comparativa usurpatur, sensu disiunctivo intellexit. Etenim pro „citius quam gradatim" interpretatus est „citius sive gradatim". Quo factum est, ut perperam ille post eumque alii una voce et tardum et citum scriberent significari ingressum.

177) θρύπτῃ* (174, 4).

Epp. 2, 16: < Θρύπτῃ, Πάμφιλε, πρὸς ἐμέ, καὶ καλῶς, ὅτι μὴ ἀπέκλεισα ἐλθόντα[80])... >.

Gl.: < βλακεύεσθαι χαυνοῦσθαι μαλακίζεσθαι >.

Cf. gl. 149 et 155!

178) ἀπειρότερον* (177, 17 s.).

Gl.: < ἀμαθῶς ἀλογίστως >.

EM. (120, 45), Suid. s. v. ἄπειρος, Zonar. p 233.

179) μυωπισθείς* (181, 6).

Gl.: <... τρωθείς >.

180) τερατευσάμενος* (181, 12).

Epp. 2, 18: < καὶ πολλὰ τερατευσάμενος ἐπηγγείλατο μόνος[81]) αὐτὴν δαιμονίως καταδουλῶσαι τῷ νέῳ· >.

Gl.: < ψευδολογῶν μαντολογῶν (sic!) > (Verbum μαντολογῶ nusquam alibi reperitur).

Hes. (IV, 142) et Phot. s. v. τερατεῖαι; Phot. (II, 207 N.), EM. (752, 24), Suid. s. v. τερατεία.

181) εἰςπραξάμενος*) (181, 14).

Gl.: < ἀπαιτῶν εἰσφέρων >.

Hes. s. v. εἰσπραξάμενος (II, 37) et s. v. εἰσπράττει; EM. s. v. εἴσπραξις (306, 21). „Εἴσπραξις· ἀπαίτησις" reperitur etiam ap. Suid. et Zonar.

182) *ἐνεανιεύετο*[82])* (181, 17).

Gl.: <*νεωτερικῶς* ...>

183) *ἀργυρίδων** (181, 19).

Epp. 2, 18: <...*καὶ σμικρὸν τῶν ἀργυρίδων ἀπεγεύετο, μέχρι καὶ αὐτὰς καταπέπωκε*[83]) *τὰς χρυσίδας.*>.

Gl.: <*ἀργυρὶς καὶ? [χρυσίς]? φιάλη*[84])>.

Pollux 1, 28; 6, 98; 7, 104; Tim. lex. Plat. s. v. *Ἀργυρίς*.

184) *μιμηλῶς** (181, 22).

Epp. 2, 18: <*καὶ ἣν πάντα μιμηλῶς ἐρώσης τὰ δρώμενα*[85]) *παρ' ἐκείνης.*>.

Gl.: <*ὁμοίως ἐξο[μοι]ουμένως παρὰ τὸ [μι]μεῖσθαι*>.

Hes. s. v. *μιμηλόν* (III, 110), ubi in adnotatione laudantur Cyr. 11 et 63.

185) *ἀποχρώσης** (193, 5 s.).

Epp. 2, 21: <...*ἅτε τῆς κόμης ἀποχρώσης αὐτῇ·*[86])>.

Gl.: <*αὐταρκούσης*>.

Hes. (I, 264), EM. (129, 1), Suid. s. v. *ἀποχρώντως*; Suid. item s. v. *ἀποχρᾶν*.

186) *γανυμένους**[87]) (193, 14).

Gl.: <*εὐφραινομένους*>.

Princeps huius vocis explicatio ubique fere est *χαίρειν* inde ab Apoll. lex. s. v. *γάνυται* (p. 202, Toll.) usque ad Suid. s. v. *γαννυμένη*. Invenitur autem *εὐφραίνεσθαι* ap. Hes. s. v. *γανύσεται* (ubi laudatur Bekk. 230, 9) et s. v. *γάνυται*.

187) *Δελφίνιον** (193, 15).

Epp. 2, 21: <*Ἀλλ', ὦ Δελφίδιον*[88]) *ἐμόν τε πρόκριτον ἀγαθόν*, ...>.

Gl.: <*δελφίνιον φλούριον?*>.

Quod vocabulum *φλούριον* mutandum est in *φρούριον* coll. Steph. Byz. s. v. *Δελφίνιον*.

188) *προσεμβατεύοντα*[89]) (194, 3).

Gl.: <*προςβαίνοντα*>.

Singulis glossis pertractatis iam relinquitur, ut quaeramus, unde depromserint eas Aristaeneti glossatores. Quas si cum locis laudatis composuerimus, triplicem esse glossarum ordinem intellegemus:

unum earum, quae haud dubie uni scriptori attribui possint,
alterum earum, quas ex certo quodam fonte fluxisse verisimile sit,
tertium earum, quae cui sint vindicandae non liqueat.

Eas igitur, quae iam adscribentur, glossas ex eius, cuius sub nomine apponentur, scriptoris libro depromptas esse pro certo affirmaverim.

1) Etymologus Magnus:

33; 38; 41 (cod. V); 44; 75, b; 94; 98; 105; 110; 113; 124, b (cod. V); 127 (cf. cod. V); 132; 141; 158 (cod. V); 176.

2) Hesychius:

5; 7; 20; 22; 23; 43; 56; 62; 63; 71; 90; 101; 109; 130; 136; 169.

3) Suidas:

3; 10; 21; 149; 153; 155; 177.

4) Stephanus Byzantius:

107, b (inde a voce *<Πυθῶος>*); 118; 187.

Porro quae sequuntur glossas ex eius, cui appositae sunt, scriptoris libro descripsisse Aristaeneti glossatores verisimilius videtur.

1) Hesychius:

34 (propter articulum); 49; 57; 61; 79; 88 (*βοᾶν* = *ὑλακτεῖ* de homine); 131 (quam glossam sicut 167 puto Hesychi esse, non Photi, quod nullam inveni glossam, quam ex Photi lexico fluxisse pro certo dixerim); 154 (tertium aliunde); 167; 186.

2) Etymologus Magnus:

47; 126; 128 (cod. V); 142; 161; 170 (reperitur in ed. Veneta II anni 1549).

3) Suidas:

39; 89; 133; 146; 157 (Glossae 39; 133; 146; 157 exstant item apud Photium; sed cf. quae modo dixi ad gl. 131!).

4) Cyrillus:

12 (C. 39, 63); 111 (C. 39, 171); 125, a (C. 39, 63).,

5) Zonaras:

120; 160.

6) Harpocration:

117.

Ceterae autem glossae uni attribui scriptori nequeunt. Etenim pars earum apud plures reperitur, ut in unum eas referre sit audacius. Leguntur autem apud hosce scriptores:

1) Apud Hesychium:

1 (Hes., EM., Suid.); 6 (Apoll. Lex., Hes., EM.); 8 (Hes., Phot., EM., Suid.); 13 (Hes., Suid.); 24 (Hes., EM.); 27 (Hes., EM.); 30 (Hes., C. 171 „similiter"); 32 (C. 39, Hes.); 50 (Hes., Suid.); 52 (Hes., Phot., Suid.); 53 (Hes., EM., Suid.); 55 (Hes., Phot., EM.); 58 („Cyrillus", Hes.); 64 (Cyr. Voss. (= C. 63), Hes., Phot., Suid., Lex. Bachm.); 74 (Hes., EM.); 75, a (Cyr. Vallic., Hes., Phot., Suid., Lex. Seg.); 77 (Hes., Suid.); 78 (Hes., Phot., Suid.); 80 (C. 39, Hes., Zonar.); 81 (Hes., Phot., Suid.); 82 (C. 63 et 39, Hes.); 83 (Schol. Iliad., Hes., EM.); 86 (Apoll. Lex., Hes., Phot., EM., Suid.); 87 (Hes., EM., Suid.); 91 (Hes., Suid. cod. E); 92 (C. 171 et 39, Hes., EM., Suid., Lex. Bachm.); 93 (Harp., C. 63 et 171, Hes., Suid.); 100 (C. 63, Hes.); 104 („Cyr.", Hes., Suid.); 107, a (Hes., EM.); 108 (Hes., EM.); 119 (Hes., Suid., Lex. Seguer.); 143 (Hes. (ubi s. v. est lacuna), Suid.); 144 (C. 171, Hes., Phot.); 148 (Hes. (?), Zonar.); 150 (Hes., EM.); 156 (Hes., Phot., Suid.); 163 (Hes., Phot., Suid.); 166 („Cyr.", Hes.); 174 (Hes., EM., Suid.); 184 (C. 11 et 63, Hes.).

2) Apud Suidam:

1 (Hes., EM., Suid.); 8 (Hes., Phot., EM., Suid.); 13 (Hes., Suid.); 18, b (Phot., EM., Suid.); 28 (Phot., EM., Suid., Zon. (quorum verba sunt immutata a glossatore)); 29 (Phot., EM., Suid.); 50 (Hes., Suid.); 52 (Hes., Phot., Suid.); 53 (Hes., EM., Suid.); 64 (C. 63, Hes., Phot., Suid., Lex. Bachm.); 75, a (Cyr. Vall., Hes., Phot., Suid., Lex. Seg.); 77 (Hes., Suid.); 78 (Hes., Phot., Suid.); 81 (Hes., Phot., Suid.); 86 (Apoll. Lex., Hes., Phot., EM., Suid.); 87 (Hes., EM., Suid.); 91 (Hes., Suid. c. E); 92 (C. 171 et 39, Hes., EM., Suid.); 93 (Harpocr., C. 63 et 171, Hes., Suid.); 97 (Phot., Suid., Lex. Bachm.); 104 („Cyr.", Hes., Suid.); 119 (Hes., Suid., Lex. Seg.); 140 (Schol. Luciani, Phot., EM., Suid.); 143 (Hes. (ubi s. v. est lacuna), Suid.); 145 (EM. et Suid. in unum conglutinati); 156 (Hes., Phot., Suid.); 163 (Hes., Phot., Suid.); 164 (Phot., EM., Suid.); 174 (Hes., EM., Suid.).

3) Apud Etymologum Magnum:

1 (Hes., EM., Suid.); 6 (Apoll. Lex., Hes., EM.); 8 (Hes., Phot., EM., Suid.); 18, b (Phot., EM., Suid.); 24 (Hes., EM.); 27 (Hes., EM.); 28 (Phot., EM., Suid., Zon. (quorum verba sunt immutata a glossatore)); 29 (Phot., EM., Suid.); 53 (Hes., EM., Suid.); 55 (Hes., Phot., EM.); 74 (Hes., EM.); 83 (Schol. Iliad., Hes., EM.); 86 (Apoll. Lex., Hes., Phot., EM., Suid.); 87 (Hes., EM., Suid.); 92 (C. 171 et 39, Hes., EM., Suid., Lex. Bachm.); 107, a (Hes., EM.); 108 (Hes., EM.); 140 (Schol. Luciani, Phot., EM., Suid.); 145 (EM. et Suidas in unum conglutinati); 150 (Hes., EM.); 164 (Phot., EM., Suid.); 174 (Hes., EM., Suid.).

4) Apud Photium:

18, b (Phot., EM., Suid.); 28 (Phot., EM., Suid., Zonar. (quorum verba sunt immutata a glossatore)); 29 (Phot., EM., Suid.); 52 (Hes., Phot., Suid.); 55 (Hes., Phot., EM.); 64 (C. 63, Hes., Phot., Suid., Lex. Bachm.); 75, a (Cyr. Vall.,

Hes., Phot., Suid., Lex. Seg.); 78 (Hes., Phot., Suid.); 81 (Hes., Phot., Suid.); 86 (Apoll. Lex., Hes., Phot., EM., Suid.); 97 (Phot., Suid., Lex. Bachm.); 140 (Schol. Luciani, Phot., EM., Suid.); 144 (C. 171, Hes., Phot.); 156 (Hes., Phot., Suid.); 163 (Hes., Phot., Suid.); 164 (Phot., EM., Suid.).

5) Apud Cyrillum:

30 (Hes., C. 171 („similiter")); 32 (C. 39, Hes.); 58 („Cyrillus", Hes.); 64 (C. 63, Hes., Phot., Suid., Lex. Bachm.); 75, a (Cyr. Vall., Hes., Phot., Suid., Lex. Seg.); 80 (C. 39, Hes., Zon.); 82 (C. 63 et 39, Hes.); 92 (C. 171 et 39, Hes., EM., Suid., Lex. Bachm.); 93 (Harp., C. 63 et 171, Hes., Suid.); 100 (C. 63, Hes.); 104 („Cyr.", Hes., Suid.); 144 (C. 171, Hes., Phot.); 166 („Cyr.", Hes.); 184 (C. 11 et 63, Hes.).

6) In Lexico Bachmanniano:

64 (C. 63, Hes., Phot., Suid., Lex. Bachm.); 92 (C. 171 et 39, Hes., EM., Suid., L. Bachm.); 97 (Phot., Suid., L. Bachm.).

7) Apud Zonaram:

28 (Phot., EM., Suid., Zon. (quorum verba sunt immutata a glossatore)); 80 (C. 39, Hes., Zon.); 148 (Hes. (?), Zon.).

8) In Apolloni Sophistae Lexico:

6 (Apoll. Lex., Hes., EM.); 86 (Apoll. Lex., Hes., Phot., EM., Suid.).

9) In Lexico Segueriano:

(quod laudatur in Suidae editione Bernhardiana (· Bekkeri Lex. V?):

75, a (Cyr. Vall., Hes., Phot., Suid., Lex. Seg.); 119 (Hes., Suid., Lex. Seg.).

10) Apud Scholiastam Iliadis (π, 314):

83 (Schol. Iliad., Hes., EM.).

11) Apud Schol. Luciani (Calumn. c. 16):

140 (Schol. Luc., Phot., EM., Suid.).

12) Apud Harpocrationem:

93 (Harp., C. 63 et 171, Hes., Suid.).

Et aliae glossae aut cum nullo scriptore ita congruunt, ut pro certo affirmare liceat eas inde esse depromptas, aut consentiunt cum scriptore, cuius nullum alias invenitur apud Aristaeneti glossatores vestigium. Sunt autem hae glossae:

14 (cf. Phot.); 15 (explicatio secunda ap. Hes., EM., Suid., Zon.); 16 (Hes., Phot., Suid. (verbum simplex)); 48 (explicatio prima apud Hes., Suid., Zonar.); 51 (Herodian. Epimerism. p. 20); 84 (Ap. Cyr. 171 et 39, Hes., Suid., Zonar. exstant formae verbi simplicis *ἀπατᾶν*); 114 (Hes.?); 122 (cf. C. 63); 125, b (inde a voce < *ἀσπαλιευτής* > cf. Moer.); 138 (cf. Hes.); 147 (Zenob. I, 79); 151 (Hes. + Suid.?); 178 (explicatio prior ap. EM., Suid., Zon.); 181 (explicatio prima ap. Hes. et EM.).

Tertia autem harum glossarum pars aut omnino aut sub suo lemmate nusquam alibi reperitur:

2; 4; 9; 11; 17; 18, a; 19; 25; 26; 36; 37; 40; 42; 45; 46; 54; 59; 60; 65; 67; 68; 69; 70; 72; 73; 76; 85; 95; 96; 99; 102; 103; 106; 112; 115; 116; 121; 123; 124, a; 129; 134; 135; 137 (explicatio prima ap. Hes., Phot., Suid.); 139; 152; 162; 165; 168; 171 (cf. Gl. Antiatt.); 172; 173; 175; 179; 180; 185; 188.

Denique aliquot glossae idcirco certo cuidam scriptori tribui nequeunt, quod earum verba neque prorsus enucleare potui neque assequi coniciendo:

35; 66 (cf. Hes.); 159; 182; 183.

Iam ad finem operis perveni. Ex iis autem, quae dixi, apparet C. Diltheium, qui unus post Boissonadium Aristaeneti glossarum faceret mentionem (Dilthey, De Callimachi Cydippa, p. 126) parum perspectam habuisse rem, cum scriberet haec: „nec minus eandem ob caussam [sc. quippe

quae et prorsus sint inania et vero prostent conlecta in Boissonadiana notarum farragine] omittenda duxi codicis glossemata a recentiore manu[90]) inter lineas et in marginibus adscripta, quae tantum non omnia exhibuit Boissonadius... ceterum auctor istorum usus est Hesychio[91])..." Etenim certum est Aristaeneti glossatores explicationes suas non ex uno Hesychio, sed etiam ex Etymologico Magno, deinde ex Suida et ex Stephano Byzantio descripsisse eosdemque usos esse etiam Cyrilli, Zonarae, Harpocrationis libris videtur verisimilius. Centum duodenonaginta autem quas excerpsi e codice Vindobonensi glossarum nonaginta quinque apud Boissonadium omnino non exstant, cum viginti tres recte non sint exhibitae. Atque glossas, etsi perpaucis tantum locis ex iis conicere licet, quae sub codicis Vindobonensis lectione lateat scriptura genuina, nullius esse momenti negabimus ratione habita et scriptorum, ex quibus sunt depromptae, et universae vocum Graecarum per homines Graecos interpretationis.

# Appendix.

Iam accedunt duae epistolae Pseudo-Agesilai, quae in margine fol. 48ᵇ adscriptae sunt ab eo saeculi duodecimi librario, qui priorem codicis partem exaravit, id quod clare atque evidenter ostenditur litterarum ductu atque compendiorum ratione.

Quarum epistolarum una bis legitur apud Plutarchum: a) Rei publ. ger. praec. IX, p. 221 (Reiske) et b) Lac. Apophthegm. VI, p. 787 s. (Reiske); alteram repperi apud eundem Plutarchum Lac. Apophth. VI, p. 793 (Reiske) (Cf. Susemihl, Geschichte der griechischen Litteratur in der Alexandrinerzeit, t. II, p. 595 s.).

Leguntur autem in Aristaeneti codice haec:

*ἐπιστολὴ ἀγησιλάου λάκωνος δεητικὴ ὑπὲρ τινος τῶν φίλων αὐτοῦ. εἰ μὲν οὐκ ἀδικεῖ ἄφες. εἰ δὲ*[1]) *ἀδικεῖ, ἐμοὶ ἄφες ἄφες δὲ πάντως*[2]).

*ἑτέρ[α] τοῦ αὐτοῦ: ἀγησίλαος τοῖς ἐφόροις χαίρειν· τὰν πολλὰν τᾶς ἀσίας κατεστρεψάμε[θα] καὶ τῶ* (sic!) *βαρβάρω*[3]) *ἐλάσαμες καὶ τῇ* (sic perspicue) *ἰωνία*[4]) *ὅπλα ἐπιήσαμες*[5]) *πολλά. ἐπειδὴ*[6]) *κέλεσθέ με κατὰ τὰν προθεσμίαν παραγένεσθαι*[7]), *ἕπομαι τᾶ ἐπιστολᾶ· σχεδὸν δ'αὐτὰν καὶ φθάσω· ἄρχω γὰρ οὐκ ἐμαυτῶ ἀρχὰν, ἀλλὰ τᾶ πόλει καὶ τοῖς συμμάχοις· καὶ τότε ἀρχὰ*[8]) *ἄρχει ἀλαθέως κατὰ δίκαν, ὅταν καὶ ἄρχηται ὑπό τε νόμων καὶ ἐφόρων, ἢ οἷοι*[9]) *ἐν πόλει ἄρχοντες ὦσιν.*

---

[1]) Plut., Praec. pol.: < *εἰ δ'* >; [2]) Plut. utroque loco: < *πάντως δὲ ἄφες* >; [3]) Plut.: < *τὼς βαρβάρως* > recte; [4]) Plut.: < *καὶ ἐν τᾷ Ἰωνίᾳ* > recte; [5]) Plut.: < *ἐποιήσαμες* > recte; [6]) Plut.: Ald. et Bas. < *ἐπειδὴ* >; Reiskius emendavit < *ἐπεὶ δὲ* >; [7]) correctum ap. Plut. in < *παραγίνεσθαι* >; [8]) Plut.: < *ἄρχω* >, sed in versione latina: < ac tum imperator >; leg. *ἄρχων*; [9]) Plut.: < *οἷοι ἂν* > recte!

# Adnotationes.

[1]) In editione Epist. *Gr.* p. XXI. — [2]) Repertus est codex in Apulia; cf. quae exstant in margine superiore fol. 1ª: < In Apulia >! — [3]) Tribus exaratum esse manibus codicem, non duabus, id quod demonstrare studet Hercherus contra Em. Hofmannum (v. Herm. V, p. 281—283), ego non pro certo affirmaverim. Nam etsi satis apparet iis locis, quos laudat Hercherus librarium alterum exceptum esse ab alio, tamen illa ipsa manus alia, ut ipse confitetur Hercherus, primi librarii est simillima. Quidni ipsius sit primi librarii? Hoc eo verisimilius est, quod ex litterarum ductu atque compendiorum ratione mihi quidem stat firmum fixumque epistulas duas Agesilai, quae in margine fol. 48ᵇ in medio librarii alterius opere leguntur, profectas esse ex calamo librarii primi. — [4]) Glossis, quae apud Boiss. omnino desunt, stellulam apposui (*), eas, quae ibi minus recte enucleatae sunt, signo † notavi. — [5]) Sic scribo cum codice, quamquam Hercherus redintegrat Merceri coniecturam non necessariam *διῃρημένα*. — [6]) Cf. Vaniček, griech.-latein. etymologisches Wörterbuch II, p. 896 s. rad. „val" ad vocem „*οὖλος*"; Curtius autem (Et.[5], p. 344) hunc adiectivum coniunxit cum rad. *ἐρ*, scr. „var", „tegere". — [7]) Sic cum Mercero pro codicis < *ὑακίνθῳ* > coll. Od. ζ, 231 (et ψ, 158): < *οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας* >. Bastius autem cum sribat (Ep. crit. p, 256): „Lectio *(ὑακινθίνῳ)* ... confirmata a manu recentiori, qua codex correctus", falsa docet. Nam nullum exstat in codice hoc loco correctionis vestigium. Firmatur autem Merceri lectio glossae explicationibus. — [8]) Sic ego legeram; verum cum ubique apud Nostrum glossarum lectio sit perdifficilis, nunc coll. Cyr. 63 legendum conicio < *ὑποπορφυρίζοντι* >. — [9]) Cod. *προβλέποντες*. Emendatio autem non est Merceri, ut scribit Hercherus in app. crit., sed alterius, Gerardi Falcoburgi; v. not. [45]). — [10]) Sic iam ante Merc.[2] pro codicis *μόναι* Auratus. — [11]) Retineo *ἑκατέρας* contra Hercherum. Utraque enim ambarum, et una et altera, sese ipsam amari putavit. — [12]) Cod.: < *τὸ πεδίον* >, litterae *ίον* a manu posteriore, non ut scribit Herch.: < *πεδον* (sic) >! — [13]) Sic repono cum Heringa in Observat. p. 148 pro codicis lectione < *οἱ* >; cf. Bastium, qui in Epistola critica p. 208 „*οἷ, οἷα* et *οἷον* saepissime a librariis commista esse" dicit. — [14]) Cod.: < *δαπέδων* >; „*δαπίδων*" ante Heringam coniecerat Auratus. — [15]) Sic scribo cum Herchero secundum Homerum pro

codicis ὄχναι, quamquam non nescio saepius inveniri formam sine γ scriptam; cf. Od. ω 233, 246, 339 (quibus locis omnibus est variatio ὄχναι); Geopon. 11, 7, 8 ab Needhamo ex libris recepta est; Callim. Cer. 28: ὄχναι; Theocr. 1, 134: ὄχνας; Nicandr. Th. 513: ὄχνης; Hesych. ὄχνη (III, 249): < εἶδος κύστου ἢ κυσταμίνου >. — [16]) Si quid in glossis uncis rectiangulis inclusi, ipse supplevi, quia aut omnino deest aut enucleari non potuit. — [17]) Si cum Herchero pro cod. et edd. εὐκραής. — [18]) Χαλεπὸν cum Wyttenbachio (ad Plut. de sera num. vindicta p. 44). Cod. λεπτὸν ἅμα, quod adverbium „natum ex proximo versu“ expunxi cum Herchero. — [19]) Sic Vindob. a manu secunda, cum $V_1$ exhibeat περιμυθουμένης, non περιμυθουμένη, ut est ap. Sambucum et in Hercheri apparatu critico. Emendatio autem „παραμυθουμένη“, proposita a Mercero posteaque firmata codice, iam exstat in libro Monac. e manu Falcoburgi; cf. not. [48]). — [20]) Inserendam puto copulam. Etenim ratione habita copulae ante tertium participium positae hic nimis offendor asyndeto. — [21]) Cod. τοῦτο (puncta a manu secunda). Samb. τοῦτο. Emendatio est Aurati, non Merceri. — [22]) Cod. σμηνῇ, quod in σμινύῃ mutaverat iam ante Mercerum Falcoburgius. — [23]) Retineo casum dativum contra Merceri ῥεῦμα τι (sic!), quod sublato τι receperunt Pauwius et Hercherus. Etenim καθηγεῖσθαι „ducere, ducem esse“ coniungitur aut cum dativo aut cum genitivo. — [24]) Sic cum Abreschio pro cod. ὑφίει. — [25]) Cum verbum ἐνστέλλειν significationem habeat induendi (cf. ἱππάδα στολὴν ἐνεσταλμένος Her. 1, 80), hic reponendum puto ἐπέστειλεν. — [26]) Sic codex a manu prima; sed manus recentior superscripsit ὤν. — [27]) Sic manus prima; sed manus rec. superscripsit οσ; falso illa quidem; etenim genus neutrum, quod recte se habet, si coniungitur cum ἐκπωμάτων, longe abhorret a nomine feminino ὁλκάς. — [28]) Cod. a m. pr. ὄρθρον et superscriptum a manu altera: < γρ. ὀρθὸν >, quod coniectura assecuti sunt item Casaubonus (v. Merc.[2] ad h. l.) et Auratus. — [29]) Codicis manus pr. post μηδικὸν exhibet φῦλον, cui superscriptum est < δοκεῖ εἶναι περιττὸν τοῦτο > et iuxta appositum a manu altera < ἔθνος >. Quod nomen < φῦλον > equidem tollendum puto cum notae illius auctore. Nam ut μηλέα Μηδικὴ et μῆλον Μηδικόν, quae leguntur apud alios, ita hoc loco ipsum per se enucleari poterat a legentibus μηδικὸν φύλλον, i. e. folium arboris Medicae („Orangenbaum“). Illud φῦλον autem irrepsisse postet eo, quod a glossatore quodam, qui cum non perspiceret libri sui lectionem τὸ μηδικὸν … φύλλον, falso cogitaret de gente Medica, voci φύλλον superscriptum est φῦλον. Recuso igitur emendationem Casauboni < ὀρθὸν τοῦ Μηδικοῦ φυτοῦ ἐπεφέρετο φύλλον > et illud < πτόρθον Μηδικοῦ φυτοῦ ἐπεφέρετο εὔφυλλον >, quod non totum est Hercheri. Etenim iam Reiskius proposuerat < πτορθὸν (sic!) τοῦ μηδικοῦ φυτοῦ ἐπεφέρετο · καὶ … > (v. „Virorum aliquot eruditorum in Aristaeneti epistolas coniecturae …“ p. 5). — [30]) Cod. οὐτία. < ἰστία > Casaub. (v. Merc.[2] l. l.) et Auratus. — [31]) Sic cum Herchero pro codicis ὑπούργως (accentus in penultima contra Ps.-Arcad. p. 88, 17). Nam unus locus, ubi vox ὑπουργὸς pro adiectivo usurpatur, est

Xen. An. 5, 8, 15: < *τὸ καθῆσθαι ἐώρουν ὑπουργὸν ὂν τῷ ἀποπήγνυσθαι* >. Ceteri scriptores omnes adiectivi loco utuntur voce *ὑπουργικός*; cf. Nicet. Eugen. 1, 19; 6, 115 Boiss., Eustath. Opusc. p. 208, 50: < *τὸ ἀρχιτεκτονικόν τε καὶ ὑπουργικὸν φῦλον* > aliosque. Adverbium autem *ὑπουργικῶς* reperitur apud Eustath. p. 286, 23: „*Λαμπαδηφορεῖν ὑπουργικῶς*“; ap. Cyr. Al. t. 5, p. 469 A; 666 A; 646, D: „*διακονεῖ ὑπ.*“; ap. Epiphan. t. 1, p. 865, B: < *ποιεῖ ὑπ. καὶ οὐκ αὐθεντικῶς* >. Mutandi igitur videntur et hic locus et Xenophontis. — [32]) Quod puto mutandum esse in „*τραχύς*“. Atque error, ut videtur, inde natus est, quod adiectivum antecedens *εὐκίνητος*, quod hic dictum est de animi motu eius, qui facile movetur, excitatur, irritatur, perperam est relatum ad corporis motum, quasi hoc loco significaret hominem pernicem s. velocem. *Τραχὺς* autem optime convenit et antecedenti *εὐκίνητος* et sequenti *σκληρός*. — [33]) Negationem *οὐχ* a Bastio insertam ante *ἥκιστα* recte tolli iubet in app. crit. Hercherus. Sed cum codicis *ἀφικνουμένους* mutaret in *ἀφικόμενος*, deerravisse mihi videtur a lectione recta. Nam et accusativus *ἡμᾶς* facillime potest subaudiri ad *οἶδα* et opus esse puto futuri temporis forma. „Scio enim minime nos incasuros esse in periculum“ sc. rem bene gerendi in ea prospereque eam tentandi. Conicio igitur *ἀφιξομένους*. — [34]) Sic cum codice contra Hercheri *ψελίων*. Nam pro forma Ionica *ψέλιον* apud scriptores Atticos ubique restituendum videtur *ψέλλιον*. — [35]) Falso Albertius ad Hes. t. I, p. 930, not. 21 (v. Sturz. in EM. Gaisf. s. v.) Aristaenetum vocabuli auctorem laudat. Etenim epistolas, quae sub nomine Aristaeneti circumferuntur, si ab uno omnes scriptore compositae esse recte putantur, id quod mihi dubium factum est, saeculo p. Chr. V conscriptas esse iam vidit Mercerus. (V. Merc.[2], p. 268 s.) Legitur autem illud vocabulum iam apud Lucian., Phalar. 1, c. 3: < *ἐν θέαις ... καὶ δημοθοινίας* >, ubi schol., ut Hes. et EM., vertit < *ταῖς τοῦ δήμου εὐωχίαις ...* >. — [36]) Excidisse hic aliquod verbum „restituendi“ s. „remittendi“ et ipse conieceram, antequam viderem stellulas Hercheri. — [37]) Sic cum Herchero. Cod. *ἐπιδώσῃς* (sic!); sed litterae finales *ης* atramento atro repositae sunt loco duarum aliarum, quae colore fulvo pictae erant nec iam possunt legi. Haud scio an scriptio prior fuerit *ἐπιδώσωσι* et perperam mutaverit corrector. — [38]) Cod.: < *ἄττα δήπου καὶ ἔφη* >. Locus a multis est tentatus. Bastius quidem pro < *ἔφη* > proponit < *ἔστη* constitit >. Bo.: „*Corruptum*“, inquit, „*omnino ἔφη*“. Cobetus adverbium < *δήπου* > mutari vult in *δή*. Hercherus interrogat: „An fuit *δήποτε*?“ Idem incertus haeret, scribatne „*εἶπεν ἄττα δήπου*“ abiecto „*καὶ ἔφη*“, an integram servet codicis lectionem. Quos omnes, ut mihi videtur, ingeni acumine superavit Auratus, cum *ἔφη* mutaret in *ἔπη*. *Ὁ ... μοιχὸς ... εἶπεν ἄττα δήπου καὶ ἔπη*. „*Δήπου*“: quid quod? Non exploratum habeo, verum ex ipsa rei natura sequitur. „*Καὶ*“: non solum manibus pressis se intueatur, sed etiam ad verba progreditur adulter. Atque quae esse potuerint haec verba, tentat glossator, cum margini illudat haec:* < *εἶπεν, δόξα[οὖν?]*

*θεῷ κυλιωμένης?* (l. *κυλιομένης*) *ἢ οὐδὲν μᾶ[λλο]ν ἔπαθες [τι* an *ἐκ?] τοῦ ὀλισθή[ματος] καὶ ἔτι ζῇς* >; (Tria verba extrema sunt dubia). — [39]) Cum membra macrescerent et ex aegritudine pallesceret color et oculi langnescerent, i. e. prior oculorum animus ac vigor deficeret. Hic quomodo fieri potuerit, ut Boiss., quamquam est copula ante secundnm polysyndeti membrum, accusativum *τὴν χροιὰν* coniungeret cum accusativo *βλέμμα*, equidem non video. Nimirum ille quidem iam facere non potuit, quin vocem *βλέμμα*, cui adhaereret illud „*χροιάν*", interpretaretur „aspectum, vultum, le teint". Denique necesse erat verbum *ὠρακιῶν* acciperet pallescendi significationem, quae quidem secundo loco ei tribuenda est. Cf. Suid. s. v. *ὠρακιάσας*: < ... *ὑπὸ ἐκλύσεως σκοτωθείς, ᾧ ἕπεται τὸ ὠχριᾶν* ... >. Atque hic error irrepsit etiam in alios libros. Sic Jacobitz & Seiler, „Griech.-Deutsches Wörterbuch" s. v., n. 2): „= *ὠχριάω, τὸ βλέμμα δεινῶς ὠρακιῶν*. Aristaen." At Boissonadius quidem haud scio an illud verbum ita intellexerit exemplo Piersoni motus, qui (ap. Moer. s. v. *ὠρακιᾶν*) laudat hunc locum: < Accusativum huic verbo adiunxit Aristaenetus l. I ep. X p. 25: *καὶ τὸ βλέμμα* ... pallidus vultu >. — [40]) Sic pro codicis *εἴπερ* ante Mercerum iam Falcoburgius. — [41]) Cod. *ἑτέρας*. Emendavit ante Merc.[2] Auratus. — [42]) Cod. *πυθίας*. Correxit Merc.[4]. — [43]) Cod. *ἄσθμα*. V. St[urzium] in EM. s. v. *ἄσθμα*, qui scripturam *ἄσθμα* praeferendam putat. — [44]) Cod. *ἀσπάσιον*; emendavit non Dorvillius, ut est ap. Herch., sed Auratus. — [45]) Cod. *ἴκοιτο*, emendatio est Aurati, ut videtur, non Merceri. Adscriptum enim est in libro Monac.: < *οιοι* Aur. *οιτο. ἢ οιιτο* >. Cf. not. [48])! — [46]) Cod. a m. pr.: < *θεοπρέπειαν* >; m. rec., ut videtur, mutavit in *θεοπρόπειαν*. Hic quoque Merc.[2] tamquam e suo proposuit: < *θεοπρέπειαν* non potest ferri. Scribe *θεραπείαν*! >. Sed Samb. Mon. nos docet iam Auratum coniecisse et *θεραπείαν* et *θεοπροπίαν*. — [47]) De accentu v. Boiss. Cf. etiam Ps.-Arcad. 56, 11! — [48]) Cod. exhibet < *ἀστιζόμενον* >, verum glossa convincere videtur in archetypo fuisse „*ἀστειζόμενον*". Nam forma *ἀστίζεσθαι* nusquam reperitur in lexicis. Emendatio autem „*ἀστεϊζόμενοι*" non est Merceri, ut scribit Hercherus. Etenim ille usque ad quartam suam editionem in textu exhibet scripturam codicis *ἀστιζόμενον*, cum in notis praeferre se dicat „*ἀστειζόμενον*" (Merc.[2], p. 72 et 228, Merc.[4], p. 73 et 240). Neque Pauwius (editio anni 1737) illud vidit primus, qui suo more in adnotationibus (p. 99) scriberet: „... sine dubio scribendum, ... *ἀστεϊζόμενοι*. Nihil planius aut apertius". Verum duobus fere ante eum saeculis alius vir sagacissimus illam proposuerat lectionem, Joannes Auratus (1504?—1588; v. Urlichs: „Grundlegung und Geschichte der klassischen Altertumswissenschaft" (Iw. v. Müller, Handbuch ... I[1], p. 51)). Nempe in eo exemplari Aristaeneti editionis principis, Sambuci opera adornatae, quod asservatur in bibliotheca regia Monacensi, manu Gerardi Falcoburgi († 1578, v. Jöcher: „Allgem. Gelehrtenlexikon ..., ed. maior s. v.) permultae margini adscriptae sunt coniecturae aliaeque notae, maxima ex parte sagacissimae. Etenim ille cum inscriberet libro „*Γεράρτου τοῦ Φαλκεμβουργίου*

*Σικαμβροῦ κτῆμα καὶ τῶν φίλων. α. φ. ξζ*" (= 1567), possessorem libri se professus est. Illarum autem adnotationum plurimae nominatim Aurati ingenio tribuuntur, aliquot Guilelmo Cantero, haud paucae, quippe sine auctore appositae praemisso solo adverbio „*ἴσ*ς", in ipsum referendae sunt Falcoburgium. Hic enim vir, qui etiam de aliis scriptoribus graecis optime meritus est [Sic anno *1569* apud Plantinum edidit Nonni Dionysiaca (v. Bursian, Jahresbericht 11, 85); idem ut ait Canterus (in Syntagmate de ratione emendandi Graecos auctores, p. 4) ex alio in Italia scripto libro Heliodori historiam emendavit]: talis igitur vir certe erat aptus, qui de suo sanaret graeci scriptoris locos depravatos. Illarum autem coniecturarum et Aurati et Canteri et Falcoburgi Josias Mercerus, qui adhuc de Aristaeneto unus omnium maxime bene meritus esse videbatur, plurimas easque optimas in suum transtulit opus suumque vertit honorem. Nam cum Auratus 1588, Canterus 1575, Falcoburgius 1578 mortem obissent, prima autem Merceri editio in lucem prodiret 1595, fieri non potuit, ut ex illa mutuarentur tres viri doctissimi. Mercerus etiam aliquot locis incautius prodidit alterius se indui sapientia. Sic (14, 24), ubi Boiss. pro codicis lectione *τὸ λεπτὸν ἅμα παραμυθουμένη* posuit *τὸ χαλεπὸν κτλ.*, Mercerus[2]: „Nec displicet", inquit, „viri docti coniectura, qui legit *τὸ φλεκτὸν*" etc.; nempe Aurati, ut est in margine libri Monacensis. Atque cum (53, 13) „vidisse se" dicat, „qui pro codicis *ἐρασιὰς* (Boiss. *Ἑρμᾶς* cum Mercero) legerent *ἔρωτας*", eundem fatetur se vidisse Auratum. Item qui (58, 18) pro *ἀνατρέπει* „rescribunt" *ἀνατρέφει* ob eamque causam non placent Mercero (nota pluralem hominis cautissimi!) in eundem mutantur Auratum. Porro (58, 18) in nota quaerit: „Pro *ἐρᾷ* legendum *ὁρᾷ* quis non videt?", etiam hoc, opinor, obliquis in illum oculis. In epp. 1, 14 ea, quae scribit litteras, in codice nominatur „*Φιλομάτιον*"; editio Monac. Auratum coniecisse monet „*Φιλασμάτιον*"; en Mercerus! „Volebant *Φιλασμάτιον*. Verius est *Φιλημάτιον*", quod et ipsum est in margine Sambuci. Alia exempla sunt haec. 70, 3 s. (locus noster): Merc.[2]: „*ἀστιζόμενον]* melius *ἀστεϊζόμενον*, hoc enim malo quam *ἀτιζόμενον*". SM. (= Samb. Monac.): „*ἴσ*ς *ἀτιζό*— (a manu Falcoburgi) et *ἀστεϊζόμενοι* A.". — 73, 9: Merc.[2]: „*Ακοντὶ]* vidi qui rescriberet *ἑκοντί*". SM.: „*ἑκοντὶ* A.". — 77, 2: Merc.[2]: „*φιλόπαιδος]* immo *φιλοπάτριδος*"; SM.: „*φιλοπάτριδος* Thorius". (Apud Joecherum quattuor sunt Thorii. Quorum et temporum et loci ratione habita optime huc est referendus Franciscus Thorius). — 86, 3 s.: Merc.[2]: „*Ἀμελὴς]* scribe ac distingue *ἀμελὴς ἀκόμψων, ἐπιμελὴς εὐπρεπῶν*" (pro cod. et Samb.: < *ἀμελὴς· ἀκόμψων ἐπιμελὴς οὐ πρέπον* >). SM.: „*ἴσ*ς *ἀμελὴς ἀκόμψων, ἐπιμελὴς εὐπρεπῶν*. Canter." [cf.: Gulielmi Canteri Ultraiectini novarum lectionum libri octo. Editio tertia. Antwerpiae 1571, p. 183]. — 166, 5: Sambucus: „*καθεύδουσα, ἀφεὶς* (sic!) *με γὰρ ἄδε*...; Merc.[2]: „lego: *καθεύδουσαν ἀφεὶς μεγαράδε*..."; SM.: „*ἴσ*ς *σαν*" et „*μεγαράδε* Cant.". — 182, 10: Cod. et Samb.: „*ἴγγας*"; Merc.[2]: „quis non videt scribendum *ἴυγγας*?"; SM.: „*ἴσ*ς *ἴυγγας*". Sic his multisque aliis

locis, quae sunt in margine libri Monacensis, spectantur in editione Merceri neque Aurato neque Cantero neque Falcoburgio neque alii iusto honore tributo. Solus enim fere, quocum laudem suae sagacitatis partitur, est „eruditissimus" Casaubonus. Quae Merceri mutuandi consuetudo sub finem libri magis magisque progreditur eo, ut non solum coniecturae, sed etiam locorum similium pars haud exigua inter se congruat in utroque libro.

An id ipsum, quod manu versamus, editionis Sambucianae exemplar est idem, quo utebatur Mercerus, atque quae sunt adscripta, ipse adscripsit Mercerus? Cui rei duae repugnant rationes. Primum adnotationes libri Monacensis, cum composueris litterarum ductum cum inscriptione possessoris, ex eius fluxisse calamo pro certo habebis. Possessorem autem se profitetur Falcoburgius. Deinde in margine Sambuci locis nonnullis littera 'S' indicatur vocabulum Germanicum „Seite" et p. 8 (Boiss. 10, 4) adscriptum est: „*μέχρι τριχῶν συμπλέκεσθαι* in die Haar wachsen", ita ut hominem Germanum notulas composuisse ostendatur. Mercerus autem, „Amplissimus et Doctissimus vir Josias Mercerus De Bordes, Gryniacus Dominus (v. „De laudibus et vita Claudii Salmasii" in Cl. Salm. ... epistolarum libro primo ... accurante Antonio Clementio, Lugd. Bat. 1656, p. XXXIV et XXXV) homo Gallus fuit.

Quomodo autem Mercerus in possessionem venit sapientiae illorum, Aurati, Canteri, Falcoburgi, Thori? Demonstrare quidem id clare ac perspicue equidem non possum. Id tantum ex ipsius Canteri atque aliorum verbis et suspicari et ostendere licet intercessisse inter complures horum virorum, ut fieri solebat illa aetate, consuetudinem quandam atque studiorum communicationem. Iam supra dixi Falcoburgium contulisse Heliodori codicem quendam Italicum, quo labore usum se esse confitetur Canterus (Syntagma etc. p. 4). Deinde dicitur idem Canterus (in „Elogiis illustrium Belgii scriptorum ... Ex Bibliotheca Auberti Miraei, Antverpiae 1602, p. 155) in Galliam profectus esse et Joanni Aurato „Regio tum Graecarum litterarum Professori et aevi sui summo Poetae in primis carus ac contubernalis fuisse". Atque ipse Canterus (Vide praef. in Aristotelis Stagiritae Pepli fragmentum ... Ed. 2., Antverpiae 1571) gratissimi in Auratum „praeceptorem nunquam paenitendum" edidit animi testimonium, cum ei misit „Lycophronis oraculorum compendium versibus brevibus utraque lingua conscriptum". Erat igitur coniunctus Canterus et cum Falcoburgio et cum Aurato studiorum communicatione. Doleo, quod nihil usquam reperire potui de coniunctione quadam, quae fuisset inter Mercerum atque unum ex illis. Verum si consideramus et Auratum et Mercerum et ad tempus quidem ipsum Canterum Parisiis versatos esse, non vereor, ne nimiae arguar audaciae, si puto aliquo modo Mercerum participem fieri potuisse eorum, quae elaboraverant illi. Equidem ergo, etsi laudator ille in Salmasi vita praedicat Merceri „modestiam et candorem" et ipse Salmasius gener (in Prolegomenis ad Plinianas exercitationes (l. l. p. XXXV)) soceri virtutes non minus quam ingenium, iudicium, eruditionem testatur, tamen facere non possum, quin

virum doctissimum accusem facinoris minime excusandi. Nem omnem fere thesaurum suum deprompsit ex penu aliorum. Contra restituendum putavi, quo est dignus, honorem Aurato. Cuius etsi obiter in Hercheri apparatu critico (ad p. 148, 12: „Non minus probum est quod Auratus coniecit *ἀμαυρώσῃς* (78, 12 Bo., quod firmatur libro Mon.)) et apud Dorvillium (uno loco, quem laudat Boiss.) fit mentio, tamen quae deberentur huic viro propter Aristaenetum laudes, adhuc prorsus erat ignotum, cum Mercerus alter quasi indicaretur epistolarum conditor. Sed haec hactenus! — [49]) Quod puto natum ex *ἀστυγεῖτον'* mutandum esse in *ἀστυγείτονα*. — [50]) Cum in cod. nihil legatur nisi „*ὀλιγοψχοῦν ἀθυμεῖς*“, adiectivum autem *ἀθυμής* nusquam reperiatur, equidem non. ut est ap. Boiss., puto supplendam esse syllabam *—τες*, ut fiat *ὀλιγοψυχοῦντες ἀθυμεῖς* (quod mutari iubet in *ἄθυμοι* vel *ἀθυμοῦντες*), sed pro codicis lectione reponendum: < *ὀλιγοψυχεῖν ἀθυμεῖν* >. Neque est iniucundum comperire hanc unam glossam me invenisse laudatam in Stephani Thesauro. — [51]) Sic cum Herchero pro cod. et editionum *ἀρμῶν*. — [52]) Ex hac glossa conicere licet eas Aristaeneti glossas, quae ex Etymologico Magno fluxerunt, descriptas esse vel ex ipso EMi. cod. V (cod. Leyd., olim Isaaci Vossi) vel ex libro eius simillimo. — [53]) Vocem *ἐποίουν* recte deleri iubet Küsterus; sed puto eam non, ut ait Bernhardius, detortam esse ex genitivo *πονηρῶν*, sed dittographia quadam profectam esse ex vocibus *ἐπὶ τούτῳ*. — [54]) Manus prior, ut videtur, *γουπνός*, litt. *ν* in rasura. — [55]) *ῥῖνα* cum duobus accentibus codex. — [56]) Depravatum hoc videtur ex *κολακεύοντος* coll. Schol. Plat., EM., Suid., Zon. — [57]) Corrupta haec sunt ex: < *ἐπὶ τοῦ „εὐφήμως ὀνομάζοντες“* (v. Phot.). Volebat autem dicere, opinor, huius glossae auctor: „in oratione quadam contra eum conscripta, quem utpote regem timendum faventes tantum linguis pronuntiabant Athenienses, i. e. Philippum. Qui error inde videtur natus esse, quod ille parum intellexerat verba: < *ἐπὶ τοῦ „εὐφημοῦντες καὶ τὸ αἰσχρὸν εὐφήμως ὀνομάζοντες“* >. — [58]) Non recte interpunctum in codice. Nam verbis < *λέγεται καὶ . . .* > non explicatur adiectivum *ὁλόκληρος*, sed *ἀφελής*, cf. EM. s. v.! Transponendum igitur punctum post *ὁλόκληρος*. — [59]) Sic cum Bastio pro codicis < *μόλις ἀναμφισβητήσιμον* >. Nam particulam *καὶ* et syllabam *ἂν* facile puto permutari potuisse in libris manu scriptis. Glossa autem cum supra *ἀ* voculae *—ἀμφι—* exhibeat spiritum lenem, videtur demonstrare primo nihil scriptum fuisse nisi < *ἀμφιβαλλόμενον* >. Postea autem alius, qui in textu legeret < *ἀναμφισβητήσιμον* > ante participum < *ἀμφιβαλλόμενον* > apposuit syllabam *ἀν*, cum tertius, cui displiceret ille spiritus, in margine adscriberet < *δύςτικτον* >, pro quo legendum puto < *δύςςικτον* >, i. e. male interpunctum. Verum si < *ἀμφιβαλλόμενον* > prima atque genuina est glossae forma, efficitur etiam in textu initio lectum esse *ἀμφισβητήσιμον* non negatum. Glossarum enim partem iam exstitisse puto in eo libro, ex quo descriptus est cod. Vindob. (cf. gl. 139 s. f.!) — [60]) Cod. *ἡ*; < *ὁ* > Pauwius. — [61]) Quod retineo contra Hercherum. V. Bastium:

„Comparativo utitur pro superlativo". — 62) Sic scribo cum Herchero pro codicis *θατέρῳ*. — 63) In: „Virorum aliquot ... coniecturae ...", p. 27. — 64) Cod. *ταράντιον*. Merc.[2]: „malim *ταράντινον* aut *ταραντινίδιον*: id est *λεπτῆς τινος ἐσθῆτος* genus". Sed iam Falcoburgius margini libri Monac. adscripsit haec: < *ἴσως ταράντινον. ἔστι δὲ εἶδος ἐσθῆτος λεπτῆς* >. Inveniuntur autem hae formae: 1) *ταραντινόν* [a) cod. Hesych.; b) Philostrat. ep. 40]; 2) *ταραντεινόν* [a) EM. 746, 14; Zon. p. 1712]; 3) *ταραντῖνον* [a) Polyaen. 5, 3, 3; b) Athen. 14, 622 B; c) schol. Aristoph. Lys. 45]; 4) *ταραντεῖνον* {Phot. teste M. Schmidtio ap. Hes. s. v.}; 5) *ταραντινίδιον* vulgo. E quibus formis elegi *ταραντῖνον*. Etenim *ταραντινίδιον* nimium dissentit a codicis scriptura et inter ceteras formas *ταραντῖνον* exemplis firmatum est plurimis. Videtur autem huius vocis accentus redolere originem Italicam. — 65) Lectio codicis *ἀνέδην* cum Herchero retinenda est contra Boiss., qui (p. 566) reponere mavult *ἀναίδην*. Etenim *ἀνέδην*, quod „ab *ἀνίημι* certe derivatur, quum ponitur pro Licenter, Impune et nullo prohibente, ac quasi dicas Laxatis plenis habenis" (Steph. Thes. s. v.), commodissime hic dicitur de conatibus protervis meretricis. — 66) Sic lego cum Merc.[2] versione et Pauwio pro codicis lectione *εὐπάρυφος*. — 67) Sic cum Bastio pro codicis < *λειβηθριῶν* >. — 68) V. Kühner, gr. gr. I, 1[3], pag. 442, not. 7. — 69) Quid sibi vult hoc Merceri? An *διαύλους* derivavit a voce *αὐλός* „tibiae"? — 70) Sic cum Merc.[3] pro cod. *διαμυκωμένη*. — 71) Hic in margine SM. manu Falcoburgi adscriptum est: < *ὑπόγειον παλιμβόλον. ὅρα παροιμίαν ἀγορὰ κερκώπων* >. Quo loco plane ostenditur neque Merceri editionem ante oculos habuisse virum illum doctissimum, qui haec inscripsit in margine libri Monacensis, neque ab ipso Mercero appositas esse illas notas. — 72) Quod Merc.[3] pro codicis lectione *κηρύκιον* adscripsit in margine *κηρύκειον*, quae coniectura iam legitur in Sambuci exemplari Monacensi et Falcoburgio est tribuenda, in textu posuit Hercherus, recte ille quidem. Cf. EM. s. v. *κηρύκειον* (511, 59): < ... *Ἰστέον ὅτι ἔστι καὶ κηρύκιον διὰ τοῦ Ι. ὅπερ ἐπὶ μόνης τῆς ῥάβδου λέγεται τοῦ Ἑρμοῦ* > et infra v. 53: < *κηρύκειον ... σημαίνει πᾶσαν ῥάβδον κήρυκος* ... >. — 73) In codice hoc loco littera detrita est, ut discerni non possit, utrum *ι* an *ει* scriptum fuerit. Supplevi *ει* secundum EM. — 74) Cod. *ἐπιλαβοῦ τῶν ὤτον*. Quam ego quoque secutus sum emendationem proposuit Pauwius neque necessarium videtur ponere numerum dualem cum Herchero. Nam o et *ω* saepius confunduntur in codicibus. Neque ego pro *κάλπην*, ut idem Hercherus, reponi volo formam *κάλπιν*. Nam etsi haec forma longe est frequentior, tamen aliquot locis etiam illa invenitur, ubi urna, situla significatur. Herodian. 4, 1, 6: < *κάλπην φέροντες, ἔνθα ἦν τὰ Σεβήρου λείψανα* > et 3, 15, 16: < *εἰς κάλπην ἀλαβάστρου ἐμβαλόντες* >. Atque ita *κάλπη* etiam legitur ap. Hes. s. v. *στάμνος* (IV, 71), ap. Phot. (II, 293 Nab.), in Lex. Bachm. p. 267 (teste Bern. ap. Suid. s. v. *κάλπις*), ap. Zon. p. 1156 (ut idem testatur Bern.). Altera autem Hesychi glossa — s. v. *κάλπη* (II, 400): < *ὑδρία, στάμνος* > — nihil demonstrari videtur. Est

enim sub lemmate insequenti *κάλπις*: < *ἵππος βαδιστής· καὶ εἶδος δρόμου* >. Cum autem omnibus locis, ubi de hoc cursus genere fit mentio, forma esset *κάλπη*, non *κάλπις* (Paus. 5, 9; Plut. Symp. V, 2, p. 675), ego quoque, iam antequam legerem M. Schmidti adnotationem (ap. Hes. hoc loco), conieceram duas explicationes ordine inverso exhibendas esse, ita ut sit: *κάλπη· ἵππος κτλ.* et *κάλπις· ὑδρία, στάμνος*, — [75]) Estne hoc depravatum ex *κολλώμενος*? Cf. Orionis locum in textu infra laudatum; etenim litterae *β* et *κ* in codicibus facilius inter se permutari possunt. — [76]) Sic cum Reiskio pro falsa codicis lectione *οἰκοπινάκων*, cuius vocabuli nullum usquam alibi reperitur vestigium. — [77]) Cod. *ὄνοισθέ γε*, Samb. *ὄνοισθά γε*; corr. Merc.[2]. — [78]) Cod. *νυκτὴ γρετοῦσα*; linea a manu glossatoris. — [79]) An est profectum hoc e verbis *ἢ συκοφαντίαν* per compendia scriptis et male intellectis? Cf. Harp. s. v. *βασκαίνει* (ed. [Dind.] I, p. 87 s.), quae expositio iteratur in EM. (s. v. *βάσκανος* 190, 28) et a Suida s. v. *βασκαίνει*. Item substantivum *συκοφάντης* legitur ap. Hesych. s. v. *βάσκανος* (ubi M. Schmidtius ad lemma antecedens *βασκαίνει* laudat Bekker. 222, 19). — [80]) Sic cum Merc.[2] pro cod. *ἐθέλοντα*. — [81]) Sic cum Pauwio pro cod. *μόνως*. — [82]) Cod. *ἐνενεανιεύετο*; Merc.[2] in contextu exhibet lectionem codicis, in margine apposuit < *ἐνεανιεύετο. φρ.* >; et in notis: „Lege“, inquit, „*ἐνεανιεύετο*“. Sed iam SM. in margine praebet e manu Falcob.: < *ἴσως γρ. ἐνεανιεύετο, ἢ λεκτέον ὅτι τὸ θέμα ἐστιν* (sic!) *ἐννεανιεύομαι* >. Lectio codicis est orta ex dittographia, quae etiam aliis locis invenitur in codice nostro. — [83]) Cod. *καταπέπτωκε*. Emendatio non est Merceri, sed Falcoburgi. — [84]) Mutare velim in *φιάλαι*. — [85]) Sic correxit Mercerus pro cod. < *δρώμαια* >. — [86]) Pro cod. atque edd. *αὐτῇ* reponere velim *αὐτῆς*, i. e. cum ipsa (= sola) sufficiat caesaries. Cf. Merc.[2] versionem: „sola ei caesaries satis“. — [87]) Cod. atque edd. „*γαννυμένους*“. Sed. v. Steph. (et G. Dindorf. ap. Steph.) s. v., ubi laudatur Eustath. p. 944, 3 ad Hom. N, 495 et p. 1710. Cf. etiam: Curtius, Griech. Etym.[4], p. 172, s. rad. *γαυ* et itidem Vaniček, griech.-lat. etym. Wörterbuch I, p. 222. — [88]) Cod. in contextu recte < *δελφίδιον* >. — [89]) Cod. *προσεμματεύοντα*. Merc.[2]: „Scribe *προσεμβατεύοντα*“. Verum haec coniectura iam est in libro Monac. e manu Falcoburgi. — [90]) V. autem, quae supra de hac re scripsi (p. 8). — [91]) Qui apposuit etiam haec (l. l.): < ... obiter addo haece: ad p. 128, 15 *προκολπίου] ἀπὸ τοῦ κόλπου. λαμβάνεται δὲ ἐπὶ τῶν δωροδεκτῶν ἡ λέξις.* ad p. 130, 4 *ἀφειδήσω] ἀφειδῶ τὸ ἀνιλεῶ*; ad p. 131, 4: *οὐ μόλιβδον — ἀργύρῳ] ὅρα ῥῆμα εὐπρεπές.* [Quae non apposui, cum sint aliena meo consilio]. ubi ... adnotat ad p. 129, 15 *ἐγκεκολαμμένα] κολάπτω. τὸ κλύπτω* [sic!] *ἢ κλώθω πρὸς τὰ γόνατα*, adhibuit depravatam Hesychi glossam *κολάπτει. κλώθει πρὸς τῷ γόνατι ἢ γλύφει.* etym. Gud. p. 384, 58: *κολάπτει, γλύφει ἢ κλύνθει πρὸς τῷ γόνατι* >.